



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Praecipvarvm In comitiis
Ratisponensibus tractataru[m], & quibus nunc
potissimu[m] exagitur Christi fides & religio, diligens, &
luculenta explicatio**

Pighius, Albertus

Parisiis, 1549

IX. De Poenitentia, & vniuersis quae ad eandem pertinent: Contritione,
Confessione. Satisfactionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29467

et An forte ante ipsum interrogarent, an vellet adorari à nobis? Hoc certe nos docet omnes, lumen diuini vultus signatū sper nos, vt diuinum numen adoremus vbiūque persenti- scimus singularem eius, familiarēque aliquam nobis inge- ram presentiam. Id quod fecisse semper sanctos omnes, vni- uersa scriptura testis est. Quòd si de hoc se dubitare non au- debant dicere, quid igitur dubitant adorare presentē in Eu- charistia in qua tam verè presentem vident, fidei multò cer- tioribus, quàm corporalibus oculis, tam, inquam, verè, quàm erat in matris gremio, cum adoraretur à Magis, quàm pede- bat in cruce, quàm nūc sedet in patris dextera? Neque enim cum sacramentarijs nunc nobis est controuersia, qui istius- modi dicentes, suo dogmati consona dicerent: sed cum his, qui credunt Christum realiter, & verè esse in Eucharistia. Cū quorum doctrina, quum ex his palam constet pugnare hanc eorundem assertiorem, & sententiam, pro qua nullum iota exscripturis proferunt, existimo satis explicatam hanc con- trouersiam, vt facile ab vno quolibet diiudicari possit, & valeat.

DE POENITEN

TIA QVAE AD EAM PER-

tinent Contritione, Confessione,

& Satisfactionibus,

controuersia. IX.



Tamet si pœnitētia doctrina, cū ea *Aduersa* quæ de nostri iustificacione est, ita *riorum de* coniuncta sit, vt ab ea se iungi non *sua pœni-* debuerit, Quia tamen non nostro, *tentia do-* sed aduersariorum, hæc nūc tracta *ctrine ia-* mus arbitrio, cōfessionis eorū ordi *ctabunda* nē sequētes, nunc explicāda est. In *gloriatio,* qua, more suo, plurima nobis affin- *Et in no-* gentes, quæ cum doctrina nostra *stram, ca-* plane pugnant è diametro, & eādē *lumnie.*

DE POENITENTIA:

confusissimam, obscurissimam, errorum & hypocrisis plenam, obscurantem beneficiū Christi, potestatem clauis, & iustitiam dei, odiosissime criminantes, à se (si Christo placet) pia doctrina, salubria, & necessaria vniuersæ Christi ecclesie, plurimum lucis per Lutheri scripta inuectum in hæc doctrinam poenitentia gloriatur, & iactat. De quo cum etiã ad bonorum omnium iudicium, velut causæ suæ securi, libere prouocent, militent curæ, vtrinque eam sic explicare, vt fortassis ipsi, de eadem met aliter iudicaturi sint.

Propositio cum parte tione. In primis itaque poenitentia nostræ doctrinam, quantum traducit, explodunt, & exhibent, paucis explicabimus. Quæ secum perpendant aduersarij, an eam vsque nunc rectè intellexerint. Deinde quam & illi in eius locū introducere conati sunt, illam suam tam expeditã, tam facilem, tam salutarem subiungemus, quo sit collatio facilior: atque ira excutiemus, vt, vel parum oculato litem hanc pronunciare, non erit difficile.

Explicatio doctrinae catholice de poenitentia quid? Poenitentia, etsi ex vsu Latini sermonis, intelligamus poenam, aut displicentiam quæ nos tenet, de eo quod commisimus fecimus, nostraue voluntate, aut consilio factū est. Ex vsu tamen diuinarum scripturarum, & doctrinæ ecclesiasticæ, rectè intelligimus, odium, detestationemque vitæ veteris, aduersum quæ à nobis criminum, quia illis diuinæ maiestatis gloriosæ recordia ac gratia impetranda, conatum syncerum, ac diligens studium. Per quod exquirimus vniuersa, quæ ille nobis ad hoc media, & remedia constituit: atque illis libenter, humiliter, confidenterque nos subdimus, sperantes de illius benignitate & misericordia.

Vt oriatur necessario ex fide catholica, & spe. Hæc aduersariorum illam fidem specialem, à deo, Christo, Apostolis scripturisque ignoratam, prorsus ignoratæ sedetur ex fide catholica. Quæ hinc, scelerum conscientia, diuini iudicij terror e, & gehennæ metu nos concutit: inde, misericordie dei, etiam vltro, quamuis peccatores nos, ad gratiam suam inuitantis, bonitatem & misericordiam suggerit, & ante oculos ponit: vt inde, certa spe veniæ concepta, audeamus ad ipsam quamuis multipliciter à nobis offensum, respicere, audeamus ad illum nos conuertere, illi nos humiliter, & cum certa veniæ impetranda fiducia, prosternere. Primus itaque, atque vnicus nobis poenitentia fons est, fides orthodoxa & catholica.

Fidem & spem non

tholica; ex qua spes illa, & veniæ impetrandæ fiducia, velut partes, sed unus quidam scarurit. Ex quibus duabus fide, inquam, & spe, causas esse filiaris pœnitentiæ hortus est. Cuius tamen, illas ipsas, non pœnitentiæ partes, sed causas intelligimus. Ipsa enim est, vt diximus, auer pœnitenti- tio à via peccatorum, qua pergebamus ad interitum, & ad *bus quæ af* deum, per eius syncerum amorem, & humilem veniæ cômif *sequende* forum implorationem, reuersio & conuersio. *remissionis*

Et quoniam nondum baptizatis, Christus, baptisma, me- peccatorũ. dium assequendæ remissionis peccatorum proposuit, ideo il *media sint* lis, à pœnitentiâ, baptisma ad salutem necessarium docent *proposita.* diuinæ apostolicæque literæ. Itaque Iudæis, concionante Pe *Baptismus* tro ad fidem Christi conuersis, & ex cordis compunctione, *nõdum ba* quo sibi ad salutem opus foret percontantibus, responderũt. *pizatis.* Pœnitentiâ agite, & baptizetur vnusquisque vestrũ in no- mine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum. |

His verò qui baptizati, peccatis & sceleribus commacula *Sacerdote* runt, quam in baptismo acceperunt innocentia tunicã, quo- *lis absolu-* rum velut alteram à naufragio tabulam, qua enatarent, Chri- *tio bapti-* stus obtulit, vt peccatorum remissionem, sacerdotum suorũ *zatis.* ministerio quærerent, affirmans fore, vt quorum illi peccata *Absolutio* remitterent, tamen vere pœnitentibus, à deo remissa ea fo- *nẽ eiusmo-* rant in cœlis: retenta verò, hoc est, nõ remissa, quæ illi retine- *di peccato* ret ac nõ remitteret: hoc habuit ab initio, & habet dogma ca- *rũ confes-* tholicæ ecclesiæ, vt pœnitentes eiusmodi, qui remissionem *sionem ne-* peccatorum suorũ à deo sincere quæruũt, sacerdoti eius se- *cessario pre-* humiliter subdant, ea detegant, & vninersum cordis sui habi- *quirere.* tum aperiant, quo intelligere possit, remittere ne ea, an velut *Viq; sub-* venæ contritionis calore non satis cocta, retinere adhuc de- *mittere se* beat: vt quicquid in alterutram partem fecerit, cũ iudicio fa- *debeat pœ-* ceat, cui pœnitentes, simpliciter se submittere debeant, ample- *nitẽs sacer-* xatque & sequi quæcunque media ac remedia salutaria ad- *dotis iudi-* uerius sibi detecta peccata proponit. *cio.*

Hæc est catholicæ ecclesiæ, & nostra doctrina, de pœniten- *Pœnitentiæ* tiâ à baptismo peccantium, non curiose disputans de eius pa- *partes.* rtibus: non de potestate clauium, sed suos filios plane docēs, quo pacto per eandem reconciliari deo, ad illum reuerti, pec- catorum remissionem ab eodem consequi debeant. Cuius ta- men si partes quæratũr, secundum sententiam orthodoxorũ patrum hæc assignare possumus. Cordis contritionem con- fessionem sacerdoti factam, quo eius ministerio peccatorũ nostrorum

Contritio. nostrorum remissionem assequamur, cum humili & p[ro]parato animo illius obsequēdi iudicio. Nam fides, & spes, cum cū obsequēdi causā, non partes sunt.

Confessio *di sacerdotis iudicio humili a-* Contritionem intelligimus, displicentiam vehementer dolore de cōmissis à nobis peccatis, ex corde sincero & intimo: atque eo respectu, quod diuinam illis maiestatem offendimus: eiusmodi, inquam, vt deum propter rem nulli velle offendere amplius: cum humili supplicique imploratione veniæ ab eodem, & voto, aut certo decreto ac proposito, eiusdem voluntati, & præceptis deinceps obsequēdi.

Contritio quid? Eiusmodi enim propositum, saltem virtute, necessario indiditur in dolore istiusmodi.

Contritio- nis verita- tem p[er] se non tā ex doloris magnitudi- dine, quā amore ex quo procedit. Non omnem cordis penitudinem, & de peccatis displicentiam ac dolorem, etiam magnum & vehementem, cōtritionem intelligimus, qualis in poenitentia salutari requiritur. Nihil Saulē, & Iudam, peccatorū suorum vehementer perterritū, & ingenti dolore affectos fuisse, vt etiā ex eo, hic recurret ad laqueum, & ille, haud multum ab similia extremæ desperationis signa ediderit, plane indubitatum est. Non tam ille quantumuis immēsus dolor, cordis cōtriti fuerat, ad quē respicit dominus. Qui enim ex sui tantum amore, sui cōmodi respectu, nempe ob gehēnē merum, de peccatis dolor procedit, etiam quantumuis vehemens & immensus sit, nō est cor contritum facit, aut veniam impetrat.

Simile. Si quis homini quem offendit, si seruus domino diceret, se vere diceret. Doleo equidē vehementer, quōd te offenderem, non tamen propter te, sed propter me doleo, quia ob tuā offensam merito cador, vinculis cōstringor, bonis, quibus tibi obsequentes suauiter perfruuntur, ego miser careo, iniqui hic talis, poenitentia offensę istiusmodi à domino impetret veniam? Deo ita dicit, quisquis ita dolet, quod ipsum offenderit: cū eius oculos nihil lateat, sed nostra omnia, qualia sunt, talia illi se produnt, atque esse loquuntur. Non falluntur, non irridetur. Debet sane dolor offensę impetrari ueniam, esse de offensā, quia offensā illius est quem offendimus, & cōcero tantum, quia nobis damnosa & incommoda.

Verā contritionem, ex dei syn- cero vincente amore necessario procedere. Contritio ergo, quā deus in nobis respicit, est dolor diuine offensę, non nostri tantum, imō illius præcipue causę, quē offendimus. Cuiusmodi vt sit, necessario dei amore ex quo procedere. cedat, prærequirit. Id quod euidentius cuique esse potest, q[ui] anno

ris & odij in se attendit naturā, & ordinē. Nihil enim primò
& per se, odisse, aut detestari possumus, sed necesse est ut om-
ne odium ex alicuius amore procedat. Est enim odiū, aut de-
testatio voluntatis velut fuga quædam, ab eo, quod apprehē-
ditur ut disconueniens, inimicum, aut contrariū alicui, cuius
amore afficimur. Ex amore ergo aliquo ut procedat in nobis
odiū ac detestatio peccatorū, necesse est. Is igitur, aut nostri
tantū amor est, aut tantum dei, aut vtriusq; & nostri, & dei.

Si nostri tantum is amor sit, ex quo procedit peccatorum *Pœnitē. ex*
in nobis detestatio: ut quia & hic nos flagellari ob illa, per- *sui tantum*
sentimus, & adhuc peiora expectamus. & demū damnatio *amore pro-*
nem, & cruciatus infernales, quos ob illa ipsa nos manere nō *cedens.*
dubitamus perpetuos, nondum est ea detestatio, aut displi-
centia peccatorum nostrorum, vera contritio, digna quam
deus respiciat. Nec veniā ea offensæ impetrat, de qua nostri
tantum causa dolemus, & non eius quem offendimus. Cū e-
nim, ut beatissimi Gregorij verbis dicam, ex peccato pœna
meretur, & amissa dei facies non amatur, timor ex timore,
non ex humilitate nascitur: timor, inquam, peccandi, ex timo-
re pœnæ, non ex humilitate nascitur: humilitatem appellans,
eam subiectionem, qua peccator ad deū reuertens, illi se pro-
sternit, & voluntati eius prorsus subiicit. Vnde subdit: Super-
bit enim, hoc est, diuinæ voluntati se nō subiicit, qui pecca-
tum, si impunè liceat, non deserit.

Itaque etiam in damnatis grauissimam pœnitentiam esse, *Pœnitētiā*
& ingētem peccatorum suorum detestationem, scriptura te- *damnato-*
stis est, de eisdem affirmans, quod turbabuntur timore horri- *rū magna,*
bili, cum videbunt iustorum gloriam. Et mirabuntur, inquit, *sed quare*
in subnate in sperata salutis: gementes præ angustia spiri- *infructuo-*
tus, dicentes: (intra se pœnitentiam agētes) Hi sunt quos a- *sa.*
liquādo habuimus in derisum, & similitudinem improprij.
Nos infensati vitam illorum estimabamus insaniam, & finem
sine honore: ecce, quomodo computati sunt inter filios dei,
& inter sanctos fors illorū est? Ergo errauimus à via veritatis
& iustitiæ lumen non illuxit nobis, & sol intelligentiæ nō est
ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perdicionis, &
ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorau-
imus & c. in malignitate autem nostra cōsumpti sumus. Talia
dixerunt in inferno, qui peccauerunt. Audis pœnitētiā eo-
rum qui in inferno sunt, ut que se peccasse grauissimè doleāt,
&

DE POENITENTIA.

& peccata sua cum detestatione & gemitu ex angustia spiritus commemorant. Sed infructuosa est poenitentia eiusmodi, ut quæ non ex dei, sed sui amore procedit, nõ quia illi diuinam maiestatem offenderunt, sed quia ea sibi causam detestationis perpetuæ, & nunquam defecturarum poenarum infernalium sentiunt.

Poenitentia ex dei tantum amore procedens. Si verò ex dei tantum amore procedat eiusmodi peccatorum detestatio ac displicentia. Ea vera est, quæ facit cor contritum, & humile, quod deus non despicit, sed benigne respicit.

Poenitentia quæ ex dei nostriq; amore simul procedit, tunc esse veram, cum vincit dei amor. Quòd si, & ex nostri, & ex dei simul amore (ut pleriq; fit) illa ipsa procedat peccatorum detestatio, ac displicentia, tamen, ut dei amor, primas teneat, & amor nostro preponderet, & ea quoq; poenitudo, & contritio salutaris est. Quomòdò ea, ita detestamur diuinam offensam, ut ob rem nullam velimus deum offendisse amplius.

Sed si dei amor nondum vicerit in regno animæ, sic verò quod illi præfero, illo plus diligo, nec ex eiusmodi quidem amore salutaris poenitentia, peccatorumq; detestatio potest sciri. Quæ nisi simpliciter, & in vniuersum displiceat, quæ diuinæ maiestatis oculos offenderunt, atque ita displiceat, ut ob nullam rem, nec vitam quidem propriam seruandam, ipsum velimus offendisse amplius, & sincero hoc ipsum corde agatur, non ore tantum dicatur, & labiis, nõ est ea salutaris, ut diximus, poenitentia. Talis verò esse non potest, nisi ex vincti dei amore procedat. Nam si est quod illi præfero, quæ quens est, ut non dubitem in illius plus amati gratiam, minus amatum deum offendere. Quo affectu, quæ diu sum, cor meum contritum, humiliatumq; non habeo.

ex toto corde nobis querendam salutem nostram. Certè non esse rem tam leuem, tam facilem, tamq; peritorie peragendam, quàm vulgo creditur, poenitudinem, per quam deo reconciliari querimus, imò ex toto corde nobis querendam salutem nostram, ubiq; clamat diuina scriptura, & sancti patres nos commonefaciunt.

Itaque per Moysen, quæ mala manerent peccatores, & legum suarum transgressores, hoc est, captiuitatē, exterminium, & alia quàm plurima, populo suo predicens ac denunciatis de minimis: hoc tamen adiecit, paratum se semper, vel in medio ipsis malis reuertēti ad se, ignoscere, & impartiri suam gratiam, modo ex toto corde reuertatur. Cùm, inquit, quærent tibi (hoc est, in terra captiuitatis tuæ, in quam ob peccata tua

dicatus fueras) dominum deum tuum, inuenies eum, si tamé
 toto corde quaeris, & tota tribulatióe animæ tuæ. Toto er
 go corde quaerédus nobis est, si modo eius gratiam inuenire
 uoluerimus. Quod si fiat, iam amor eius, amores omniū, qui
 sunt in corde nostro, reuera vincat & superet necesse est. Per
 amorem enim quaeritur, & simul cum tribulatióe animæ no
 stræ, afflictione & displicétiã de eo quod ipsum offendimus,
 quæ nõ qualiscunq; sufficit, sed tota sit oportet hoc est, per
 fecta, vincens, & dominans, ita, vt nihil eque nobis ac peccat
 se displiceat. Dicit proinde, tum demum, nec aliter, nos inue
 nire deū, propitium, postquã ipsum offendimus, si toto cor
 de, hoc est, amoris affectu, & tota animæ tribulatione, & ani
 mi contritione, & displicentiã diuinę offensæ ipsum quesieri
 mus. Ita vbiq; vt toto corde peccatores conuertatur reuer
 santurque ad dominum, quo vicissim conuertatur ad ipsos,
 scriptura clamat atque intonat, hoc facientibus beatitudinē
 libertem que promittentes.

Nec est verū, quod subinde recurrit apud aduersarios, nõ
 prius nos posse diligere deum, quã fide iam facta sit recon
 ciliatio, & remissionem peccatorū ab eodem acceperimus.
 Cum eatenus lex peccatorum nostrorum, & diuinæ offensę
 conscientia, illum nobis velut iratum, terribilem, vindicē, &
 iudicē ingerat, ac nos terrefaciat. Non posse autem in hunc
 modum perterrefactam conscientiam, amare deum ita appre
 hendum, atque eius iudicium: imò, non posse ab eodem non
 refugere.

Neq; enim eatenus perterrefacit tantum nos lex, & deum,
 vt terribilem nobis ingerit: sed etiam commendata ac pro
 posita nobis infinita eius bonitate, & misericordia omnibus
 obuia ad se confugientibus, & eandem expetentibus, ad spẽ
 certam impetrandæ ab eodem veniæ, remissionis peccatorū
 & gratiæ nos prouocat, erigit, & confirmat. vt inde timor in
 cultus à peccatis nos reuocet & cohibeat: hinc spes ad miseri
 cordissimum dominum reducat. Quid igitur prohibet, quo
 minus illum possimus diligere, quẽ omnis nobis boni autho
 rem certò credimus: à quo nos conditos, cū nihil essemus, vt
 sue beatitudinis in æternum participes & consortes faceret?
 Quem, etiam post nostram erga se de his omnibus, ingratisi
 mam, & omni damnatione merito plectendam ingratitudi
 nem, inobedientiam, contumaciam, intelligimus nihilomi
 nus,

*cauilli ad
 uersariorū
 remotio.*

*vtiq; posse
 nos deum
 diligere
 ante asse
 quantã iusti
 ficationis
 gratiam.*

nus, & credimus nos reuocare ad poenitentiam: reuocare al-
se, prabere nobis adiutricem manum, quo nos è lacu miserie
& luto fecit, in quod nos ipsos demersimus, subleuet, in po-
des restituat, confirmet, adiuuetque, quò ad se reuerti uol-
mus: obuiam gratiam reuertentibus offerre, atque ea gratia
misisse ad nos filium suum, atque eundem dedisse pro nobis,
atque adeo dedisse nobis.

Hunc talem, ita à nobis apprehensum, in hoc ipso actu
hoc ipso ad illum reditu, quòuis peccatis nostris adhuc me-
to offesum, nos diligere impossibile est? ab hoc refugere, aut
nos odisse est necessarium? Sunt hæc impia impiorum homi-
num commenta, & mendacia, quibus miseris peccatoribus
persuadent, nihil ad salutem suam conari, sed in peccatorum
suorum strato molliter quiescere, atque expectare, donec deo
placeat, inde nos gratis, nihil agentibus, nihil conantibus no-
bis eripere. Quando ante impartitam nobis gratis ab illo
iustificationis gratiam, etiam quicquid fecerimus, adeo non pos-
simus ad illum appropinquare magis, & accedere, uiciniusque
etiam magis elongemur, refugiamusque ab eo.

*Dilectione
dei necessa-
rio in nobis
precedere
iustificatio-
nis gratia.* Certè, quod dei dilectio in nobis, necessario præcedat re-
conciliationem nostri, & iustificationis gratiam, & non con-
tra Ioannes apertissime nos docet, qui affirmat eos qui non
diligunt, in morte permanere. Ergo, ante dilectionem, uita
nima non est. Quare si dilectionem, necessario præcedit ius-
tificationem, necesse est, ut possit eius cum morte esse societas. Ad
quod proinde pro maximo incòuenienti habet Augustinus, ut
sine amore dei quis consequeretur remissionem peccatorum
sine quo, inquit, nemo inuenit gratiam.

*Quòd pec-
cator nõ ne-
cessario re-
fugiat iu-
dicium dei.* Quod de iudicio dei adiungunt, à quo necessario refugit
quisquis adhuc peccatorum suorum conscientia mordetur,
& perterrefacta conscientia habet: conuincit eisdem, de iu-
dicio diuino, sine iudicio loqui, Siquidem perterrefactas,
quemadmodum prædictum est, conscientiam, & dei timorè
confixam, insuper & spe erectam, & ad benignissimi domini
inuitantem ad se bonitatem ac misericordiam respicientem, si
conuertent eam, conantemque reuerti ad eundem, nõ neces-
sario refugere eius iudicium, sed desiderare, anhelare, & am-
plius potius, tamen illud amabile, & peccatoribus omnibus uo-
rito desiderabile, quòd ex folio gratia, & misericordie prædi-
ctum est, illud, inquam, iudicium iustificationis nostre, quòd

carnis noſtræ velut trabea indutum dei patris verbum exer-
cuit, certum atque indubitatum eſt.

Duplex enim dei iudiciū docent ſacra litera. Quæ ab ad-
uerſariis non recte diſtingui & intelligi, quârumuis ſibi ſolis
ſcripturarum notiſſimam atque intelligentiâ arrogant, ſed pla-
ne confuſi intelligo. Alterū retributionis (quod eſt aduen-
tus ſecundi) ſecundum noſtra opera & merita, ſeu bona ea,
ſeu mala ſint. Alterum non retributionis, ſed abſolutionis &
ſalvationis per Chriſtum gratuita, quod ad primum eius ad-
uentum pertinet. Illud vniuerſale erit, & ſingulorum, & om-
nium: hoc vniuerſale quidem exiit, ſed non ſingulorum: il-
lud maniſeſto peragetur, hoc occulte peractum eſt, ita, vt &
principem huius mundi, aduerſus quem exercebatur, lateret
cum fieret. De quo apud Ioannem Chriſtus. Nunc iudicium
eſt mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. De
quo iterum, apud eundem affirmat, ſpiritum ſanctum argue-
re mundum velut ingratitude eiſga ipſum. Arguet, inquit,
mundum de iudicio. Quoniam princeps huius mundi iã iu-
dicatus eſt. Hoc ergo iudicio, humanum genus à damnatiõis
reum abſolutum eſt, & princeps huius mundi eiectus foras,
ſpoliatusque, quam in illud ipſum exercebat tyrannide. Ab-
ſolutum, inquam, eſt genus humanum, non ita ſimpliciter, ve-
lut nuda, abſolutaque clementis domini ignoſcenti volunta-
te, ſed iudicio: non tamen ob iuſtitiam quæ in nobis inuẽta eſt:
non ob noſtra, ſed ob Chriſti redẽptoris noſtri merita & iu-
ſtitiam, qui noſtrã in ſe cauſam aſſumpſit, & pro nobis depẽ-
dit, quod nobis ſolutu impoſſibile fuerat: ſeq; ipſum pro no-
bis in ara crucis ſacrificium deo patri cum precibus & obſe-
rationibus obtulit, à quo auerti fas patri non erat: ſuã iuſti-
tiam noſtræ iniquitati opponẽs, & ſuperfundẽs ſui ſanguinis
preſentium. Hoc, inquam, iudicio, à dãnationis reatu, vniuerſali
ter quidẽ ille no: abſoluit omnes, & iuſtificauit, quod ex ipſo
equidem fuerat, ſed non ſingulos. Quando ex nobis de eſt
quo minus abſoluamur, iuſtificemurq; noſtrũ quam plurimi.
Abſoluit omnes qui ſuæ miſeriæ conſciji, ad ipſum per ſynce-
ram, & vincentem in corde ſuo amorem confugiunt, quæ ad
modum ſupra à nobis explicatum eſt. Quo qui carẽt, optabi-
liſſimus, ſalutarisq; iudicij, participes non ſunt.

Hoc iudicium & ille ſuſpirabat, qui dixit: Iudica iudicium
meum, & redime me, propter eloquium tuum viuifica me. Iu-

DE POENITENTIA.

dica, inquit, iudicium meum, non quo reddas mihi secundum
mea, aut merita, aut demerita, (quod idē ille deprecabatur,
dicens: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia nō iusti-
ficabitur in cōspectu tuo omnis viuēs) sed quo redimas me.
Hoc est ipsum nostrę, vt diximus, liberationis redēptionis
iudiciū, cuius iustitia, secundū quam nomen meretur iudiciū,
in me nō est, qui prouoco ad hoc iudiciū, sed in eloquio tuo,
in verbo tuo, quod carne indutū pro nobis depēdit, ac factū
fecit. Addidit proinde. Et propter verbum tuū viuifica me.
Hoc iudicium iustitię diuinę, iustificationis autem nostrę,
semper cum gratiarum actione ante oculos versant sancti. Se-
pties, inquit ille, in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitię
tuę. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudi-
cia iustificationis tuę, quia in ipsis viuificasti me. Eadem iudi-
cia, & iustitię, & iustificationis appellans. Iustitię quidem,
quatenus Christum, & persolutū ab eo pro nobis nostrę re-
demptionis precium: iustificationis autem, quatenus nos redē-
ciunt, & effectum quem operantur in nobis, sed dei iustifica-
tiones exquirentibus. Nam à ceteris longē abesse salutē, di-
uini spiritus per os Dauid pronunciat: Longē, inquit, a peccatoribus
salus, qui iustificationes tuas non exquiserunt. Ex-
quirere autem, vehemens, diligens, ac sollicitum studium in-
quærendo importat. Quærimus autem, vt dictum est, amore,
& assequēdi desiderio: & inuenitur ab his qui toto corde, in
tribulatione animi quærunt eum, quemadmodū per Moysen
ab eodem diuino spiritu affirmari ostendimus. Proinde,
vt iustificationis gratiam, & salutem assequamur, sinceram
illum & vincētem omnia amorem præcedere in nobis oportet,
quemadmodum paulō antē, plenius autem controuersia
secunda, de fide, & iustificatione nostrę demonstrauimus. Solū
solum proinde est, quod affirmant aduersarij, deū diligere eos
non posse ante acceptam iam iustificationis gratiam.

Neq; vlla argumentationis lege concludit probatio, quam
subnectunt huic suo axiomati. Lex enim, inquit, non fit sine
Christo, eodem ipso affirmante, quod sine se nihil possumus.
Et quoniam per ipsum solū, habemus accessum ad patrem.
Ergo nisi ante iustificati, non possumus diligere deum.
Per quē obsecro locum dialecticum? Iustificamur mere grati-
tis à deo propter infinitam eius bonitatem & misericordiam
per quam & Christum nobis redemptorem, mediatorēq;

nostræ reconciliationis dedit, vt per illum diuinæ pro nobis iustitiæ satisfaceret, & propter eundem nobis ignosceret: sed non, nisi ante ad ipsum per sinceri amoris affectum recurreremus, & ex eodem dolentibus, quod suam maiestatem offenderimus. Ad quæ nihilominus ipsa, vt ea possimus, nobis adiutricem manum porrigit. Nihil ergo sine ipso possumus, nec viuimus, nec subsistimus. Sed hoc, quid ad ordinem iustificationis, qua nos dignatur, gratiæ: & effectus amoris, quo ad illum conuertimur. Quid etiam illud quod per ipsum, tãquam per viam, tanquam etiam per mediatorem accedimus ad patrem? An non debemus ante conuerti ad deum, quo ipse vicissim conuertatur ad nos? An accedemus ad illum quæ non diligimus? à quo refugimus?

Et hæc tenus de prima Christianæ pœnitentiæ parte, quam contritionem dicimus, satis mihi explicatum videtur.

Alteram Christianæ pœnitentiæ partem, sacerdoti factam *De altera peccatorum nostrorum humilem, apertam, puramque confessionem posuimus, quo eius ministerio, eorundem remissionem partem.* assequamur. Nam hoc certum ante omnia nobis est, nullo opere nostro, nulla cõtritione, aut pœnitentiâ, peccata nostra delere, aut remissionem eorundem mereri nos posse. sed etiam post omnem nostram pœnitentiã, omnem contritionem, omnem studiũ, nihilominus ab vno deo, mere gratis in Christo ea nobis remitti.

Est & hoc certum, suis sacerdotibus auctoritatem remittendi nobis peccata, dedisse Christum, & imposuisse nobis necessitatem, & eorum ministerio quæreremus, acciperemusque remissionem eiusmodi. Nam sicut remissum affirmauit à deo, quicquid remitteretur eorum ministerio, tamen verè pœnitentibus: ita retentum coram deo, quicquid ab illis remissum non foret. Vult enim mitis & humilis magister, non humiliari, non solum sub potenti manu dei, sed etiam sub manu mortalis hominis, sui tamen sacerdotis & vicarij, eidem sibi datam à deo patre suo potestatem dimittendi peccata, committens, atque ita cõmittens, vt plane contestetur à se quoque referuatum ibi, quicquid non quæserimus illius remitti ministerio, quo ita frangeretur elatè mentis nostræ aduersus deum esse esserentis superbia. Et quo rubore & verecundiã cõfusi, deregere cogemur sacerdoti & presbytero, mortali loq̃ & nullius precij homini quibus diuinæ maiestatis oculos offen-

dere non erubimus.

Voluit quoque nos meminisse perpetuo, non villo nostro merito, non villo nostro opere, sed ex merito & virtute illius salutaris pro nobis oblatae hostiae, atque asperione eius sanguinis, peccatorum nostrorum nos remissionem accipere. Proinde, pro ea, post omnem à nobis adhibitam reconciliationem di nos deo diligentiam, ad visibilem aliquem hominem, sacerdotem eius, & qui ipsius ea in re personam nobis exhibet nos recurrere voluit, & ab eo desideratam quaesitamque remissionem accipere.

Intelligit proinde Christi fidelis, vere iam peccatorum suorum poenitens, & eorum remissionem humiliter quaerens, fideliter expectans, quae suae partes sint: nempe, vt libenter & alacriter amplexetur, quod solum intelligit nobis à Christo ad hoc relictum medium, nec difficile. Vt Christi sacerdoti eius ipsius personam nobis referenti, humiliter & fideliter submittat, ab illo sibi remitti sua peccata impetret.

Et quoniam iam cum mortali homine necessarium est negotium, qui scire non possit, quid ille commiserit, quae sibi remitti postulet: intelligit quoque suas partes esse, vt integram, quoad licet, peccatorum suorum, quae remitti sibi postulat, confessionem, sacerdoti faciat: quò ille, vt re potest delegato sibi ea in re fungi officio. Praesertim cum eius potestatis & arbitrij non sit, quaecunque, & quibuscunque, committere sed cum iudicio, vere dignèque poenitentibus. Necesse est proinde, vt ille secreta cordis tui cognoscat, & peccata, & poenitentiae tuae modum atque habitum, quo officio suo satisfaciatur: necesse est, vt intelligat, an remittere tibi peccata, an verò adhuc retinere debeat: an huius adhuc crudis, apertionem, sectionem, medicationemque nondum admittit: an illius verae contritionis calore concoctum, & maturum iam, vt pus educatur, desideret, & medicamenta recipiat (qui doquidem cocta, non cruda vtiliter medicari docet Hippocrates) & secundum eius habitum salutaria illi pharmaca praescribat, ac temperet.

Epilogus doctrinae catholicae de poenitentia salutari post baptismum. Hæc est euangelicæ lucis certa & aperta veritas, quam clarissimis, vt audisti, verbis nos Christus docuit. Cuius vti ymbra illa ecclesie veteris, expressam est videre clarèque delinitionem, & effigiem, iis quibus delectatione veteris legis, velamen abstractum est: ita palam comprobatur certa

illa orthodoxæ veritatis amissi, catholicæ per orbem ecclesie ab ipso sui initio consensu ac sententia, quam post clarissime demonstrabimus.

Has duas solas Christianæ pœnitentiæ post baptismum partes agnoscimus, nempe, veram cordis contritionem, & per humilem, apertam, distinctamque nostrorum peccatorum confessionem sacerdoti factam, remissionem eorundem eius ministerio assequendi fidele studium. Quod requirit, ut eiusdem prorsus nos submittamus iudicio: parati facere, quicquid idem eius gratia nobis imposuerit. Ponat, inquit ille, se peccator omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil sibi reservans sui, ut omnia eo iubente paratus sit facere, pro recuperanda animæ vita, quæcunque faceret pro vitanda corporis morte. Et hoc cum desiderio: quia vitam recuperat infinitam. Cui gaudium enim debet facere immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus. Hæc Augustinus libro de vera, & falsa pœnitentia.

Satisfactionem verò quæ pœnitentiæ adnumerant, non eius Satisfactio partem, sed sequelam quandam intelligimus, hoc est, dignos sequela, fructus pœnitentiæ, de quo post agemus copiosius.

Ex hæc est, ut dixi, summa nostræ & catholicæ doctrinæ de pœnitentiæ pœnitentiæ nihil in se habens obscuri, senticosi, perplexi, sed non pars. velut per se euidens: plana, facilis subnixæ evidenti veritate lucis evangelicæ. Quæ collatione ad aduersariorum sententiâ ad lucem reddetur illustrior: quæ iam nunc explicare aggredimur.

EXPLICATIO DOCTRINÆ

aduersariorum de pœnitentia.

Quoniam nihil penè magis sit necessarium, quàm ut homines quæ sit vera ac salutaris pœnitentiâ, clarè intelligant: ut quæ una relicta est nobis peccatibus post baptismum, tabula quæ enotare possimus ab inuolente peccatores omnes damnationis diluuii: atque eo in primis nomine doctrinam de eadem nostram, quæuis falsissimo, criminetur aduersarij, quod obscura perplexaq; sit, & difficilis: decebat sanè nouam hanc ipsorum doctrinam, qualiscunque alioqui esset, tamè esse clarè, apertam, & ex qua quicquid ille certo intelligere posset quæ ipsi pœnitentiâ doceant. Quod an ita se habeat nunc paucis accipere non ex scriptis eorum diuersis, varijs, & pugnantibus, sed ex vna, eademque hac sua confessione, eiusque assertione, communi omnium nomine Augusti ædita.

Pœnitentiæ doctrinam ante omnia esse debere clarissimam.

Quam ob- In assertione aut apologia, qua parte, sententiam suam de
scire per- fide & nostri iustificatione asserunt, poenitentiam simpliciter
plexe, & terrores affirmant. Habent enim in hæc verba, de fide illa sui
pugnanter loquentes. Et quia in poenitentia, hoc est, in terroribus, con-
solatur, & erigit corda nostra, regenerat nos, & asserunt spem
poeniten- tum sanctum. Hic itaque poenitentia illis simpliciter terrores
tiam suam sunt: sed quales terrores nihil hic attinebat dicere.

At hoc loco, in eadem ipsa confessione, summam illius scilicet
adversa- luculentæ doctrinæ de eadē poenitentia, his verbis explicat.

Constat, inquit, poenitentia, his duabus partibus, altera
est contritio, seu terrores incussi conscientie agnito peccato:
altera est fides, quæ concipitur ex Euangelio, seu abso-
lutione, & credit propter Christum remitti peccata, & con-
fessionem, & ex terroribus liberat. Deinde sequitur de-
bita bona opera. Hactenus illi. Ex quibus constat, quod hæc
poenitentiam, non, ut ante, simpliciter terrores faciant: sed
ex duabus partibus compositam: nempe contritione, & fide
illa sua, Contritionem tamen interpretantur, terrores incus-
sos conscientie agnito peccato. Cuiusmodi vero illi terro-
res sint aut esse debeant, non explicant, nisi quod aliquando
veros, aliquando magnos terrores dicunt, quod nonnun-
quam etiam dolores appellant.

Eodem hoc loco in Apologia, ubi nostram de satisfactio-
nibus sententiam aliquantò post impugnant. Poenitentia ad-
dem definitioribus, est cōuersio, seu generatio. Habent enim
in hæc verba, nos dicimus, quod poenitentiam, hoc est, con-
uersionem, seu regenerationem, boni fructus, bona opera si-
qui debeant.

Hanc tantam varietatem in vnius poenitentiae descriptio-
ne, apud eosdem, in eadem suæ fidei cōfessione atque expli-
catione, quis animauertens, quam certam sibi poenitentiam
vestræ notionem constituet? Hoccine est tam luculentum
lius vestræ doctrinæ se dignum inirium? Sed excutiendi est
aliquanto pressius, quo, qualis sit, clarius possit intelligi.

Cōstituerem, & fidem. Nos, inquit, constituimus partes poenitentiae, contriti-
illos duas nem, & fidem. Recte sanè, nōm constituistis vos. Quam recte
partes po- vero, iam nunc videndum est.

De contritione præcidimus, inquit, illas ociosas & im-
cōtritionē, nitas disputationes, quando ex dilectione dei, quando vero
& fidem. ex timore panæ doleamus.

Quam autem ille, nec ociosa, nec infinita sint, ex explicata
 nostra de vera contritione sententia, quiuis ille potest intel-
 ligere. Cum omnis dolor, ex alicuius amore necessario oria-
 tur ac dependeat: & toto genere diuersa sint, dolere peccas-
 se ex amore dei, aut ex amore sui, gehennaque timore.
 Proinde in quam confusionem, sublata illa amoris ex quo do-
 let pendet discretionem, hac in re nos coniciant, nemini ob-
 scurum est: & mox elucescet clarius.

Sed dicimus, inquit, contritione esse veros terrores con-
 scientia, quae sentit deum irasci peccato, & dolet se peccasse.
 Contritione illam, quam respicit deus in peccatore poeni-
 tiae, esse de tractione peccatorum eiusmodi, quae ex dei synce-
 ro & vincente apud nos amore procedat, atque ita nos affi-
 cit, vt pro re nulla vellemus deum offendisse amplius, supra
 demonstrauimus. Terroré quoq; metus aut timoris incussio-
 nis, latine loqueres, intelligimus. Esse proinde, actione ter-
 rentis, aut timore incutientis. Cuius in terrefacto effectus
 est incussus metus aut timor. Quem & ipsum, si terroré dice-
 re placeat, improprie se loqui, nec ita significat, quam si in-
 cussum timorem metumve dicerent, vt fateantur necesse est.

Sed esto. Terror sit metus incussus à territante. Quid ille
 cum eiusmodi dolore, detestatione, aut displicentia comissi
 peccati habet comune, aut commercij? Nunquid timor ge-
 hennae est contritio? Timorem esse voluntatis anxietatem,
 & velut fugam à malo, quod imminere videtur, ex ipsa eius
 ratione est euidentis. Aequè & hoc, quod dolor sit tristitia, aut
 displicentia de malo praesenti, & quod adest: aut de praeteri-
 to, cuius adhuc effectus aliquis nobis displicet remanet. Ad-
 uerarius omnia sunt comixta, confusa, & transposita. Contri-
 tio illis terrorem, terror timorem, timor dolorem significat.

Ut aduer-
 sari etiam
 vocabulis
 omnibus
 vtantur
 contrari-
 ratione pro-
 priam.

Terrores
 non conue-
 niunt perhibeat, non vero obsequentem arguat, ipse nos
 docent facta litera, & supra non semel demonstrauimus. Re-
 rum ergo natura non admittit, vt terrores sint conscientiae.

Terrores
 non conue-
 niunt perhibeat, non vero obsequentem arguat, ipse nos
 docent facta litera, & supra non semel demonstrauimus. Re-
 rum ergo natura non admittit, vt terrores sint conscientiae.

Terrores
 non conue-
 niunt perhibeat, non vero obsequentem arguat, ipse nos
 docent facta litera, & supra non semel demonstrauimus. Re-
 rum ergo natura non admittit, vt terrores sint conscientiae.

Terrores
 non conue-
 niunt perhibeat, non vero obsequentem arguat, ipse nos
 docent facta litera, & supra non semel demonstrauimus. Re-
 rum ergo natura non admittit, vt terrores sint conscientiae.

Terrores
 non conue-
 niunt perhibeat, non vero obsequentem arguat, ipse nos
 docent facta litera, & supra non semel demonstrauimus. Re-
 rum ergo natura non admittit, vt terrores sint conscientiae.

Terrores
 non conue-
 niunt perhibeat, non vero obsequentem arguat, ipse nos
 docent facta litera, & supra non semel demonstrauimus. Re-
 rum ergo natura non admittit, vt terrores sint conscientiae.

Terrores
 non conue-
 niunt perhibeat, non vero obsequentem arguat, ipse nos
 docent facta litera, & supra non semel demonstrauimus. Re-
 rum ergo natura non admittit, vt terrores sint conscientiae.

Terrores
 non conue-
 niunt perhibeat, non vero obsequentem arguat, ipse nos
 docent facta litera, & supra non semel demonstrauimus. Re-
 rum ergo natura non admittit, vt terrores sint conscientiae.

Terrores
 non conue-
 niunt perhibeat, non vero obsequentem arguat, ipse nos
 docent facta litera, & supra non semel demonstrauimus. Re-
 rum ergo natura non admittit, vt terrores sint conscientiae.



Quin potius ipsa conscientia perterrefacit nos, quando temeritate negligimus, & ad carnis desectimus desiderio proponens iustum dei in nos iudicium, & gehennæ, damnationisque timorem incutiens.

Aduersariis vero terrores sunt conscientia: & terror, dolor. Nota obsequo conscientia dolet se peccasse: quæ tamen non peccat, sed pro peccatis nos arguit, imò, nec in damnatis à suo cessat officio. Atque ita sanè loquuntur & tam propriè, ac si calcantur ophthalmia, oculos surditate laborare dicerent. Et hæc illi finitio in de clara poenitentia doctrina, quam Lutherum eadem aliquando, propitiis bene superis, inuexisse gloriatur in ecclesiasticis loquutionibus, pro qua omnes illi ingentes debeamus gratias?

Sed qui obsecro hac in re, aut Lutherus secum, aut vobis auctoriis, non procedit ex amore dei, nec potest. Cum enim metus impossibile homini, diligere deum, nisi prius peccata sibi remissa certa fide apprehendat. Ita enim & hic dicitis supra in assertione iustificantis illius vestra fides, (Nec prius dilectio adest, quam fide reconciliatio facta sit.)

Relinquitur ergo, ut hic terror, aut timor, conscientia incutiens, ex sui ipsius amore procedens. Nam timor, est in malis imminentisque mali, quod apprehendimus, ei quod amamus inimicum & contrarium. Lutherus autem, qui vobis suam remissionem peccatorum, ad eodè nihil promouet, ut ab eodem etiam abducat longius: Is enim, contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum nostrorum, ponderando eorundem gravitatem, multitudine, & damnum quod per ea incurrimus, & qua quis recogitat annos suos in amaritudine anime fatalis peccatorum affirmat hypocritas nos & magis peccatores facere. Quod non ergo hic, prima salutaris poenitentia pars ab eodem, re-

Relinquitur ergo, ut hic terror, aut timor, conscientia incutiens, ex sui ipsius amore procedens. Nam timor, est in malis imminentisque mali, quod apprehendimus, ei quod amamus inimicum & contrarium. Lutherus autem, qui vobis suam remissionem peccatorum, ad eodè nihil promouet, ut ab eodem etiam abducat longius: Is enim, contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum nostrorum, ponderando eorundem gravitatem, multitudine, & damnum quod per ea incurrimus, & qua quis recogitat annos suos in amaritudine anime fatalis peccatorum affirmat hypocritas nos & magis peccatores facere. Quod non ergo hic, prima salutaris poenitentia pars ab eodem, re-

Relinquitur ergo, ut hic terror, aut timor, conscientia incutiens, ex sui ipsius amore procedens. Nam timor, est in malis imminentisque mali, quod apprehendimus, ei quod amamus inimicum & contrarium. Lutherus autem, qui vobis suam remissionem peccatorum, ad eodè nihil promouet, ut ab eodem etiam abducat longius: Is enim, contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum nostrorum, ponderando eorundem gravitatem, multitudine, & damnum quod per ea incurrimus, & qua quis recogitat annos suos in amaritudine anime fatalis peccatorum affirmat hypocritas nos & magis peccatores facere. Quod non ergo hic, prima salutaris poenitentia pars ab eodem, re-

Relinquitur ergo, ut hic terror, aut timor, conscientia incutiens, ex sui ipsius amore procedens. Nam timor, est in malis imminentisque mali, quod apprehendimus, ei quod amamus inimicum & contrarium. Lutherus autem, qui vobis suam remissionem peccatorum, ad eodè nihil promouet, ut ab eodem etiam abducat longius: Is enim, contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum nostrorum, ponderando eorundem gravitatem, multitudine, & damnum quod per ea incurrimus, & qua quis recogitat annos suos in amaritudine anime fatalis peccatorum affirmat hypocritas nos & magis peccatores facere. Quod non ergo hic, prima salutaris poenitentia pars ab eodem, re-

hæcque constituitur? Præclaram sanè nos penitentiam doce-
 rit, quæ nos deo ad eò non reconciliet, vt magis etiam elon-
 get ab eodem: adeò illius ad nos misericordiæ oculum non
 aduocet, vt eius in nos iram magis prouocet: non peccatorum
 remissionem impetret, sed peccatores etiam magis faciat.

Quod alicubi, velut differentiæ, aut distinctionis alicuius
 gratia contritionem veros terrores, veros dolores dicitis, ve-
 ritatem magis explicatis. Est enim verum, quod opponitur ficto
 & simulato. Iudas, nõ simulabat dolorem, sed re vera doluit,
 & in tantum doluit, vt dolorem non ferens, cucurrerit ad la-
 queum. Damnati in inferno non simulant dolorem, nec leui-
 ter dolent, sed re vera grauissime dolent, vt paulò antè de-

monstratum est. Nihil refert, quàm verus, quàm magnus sit
 dolor de peccatis, sed à quo amore dependeat. Cui, vt con-
 ferre se habeat, & in veritate & in magnitudine, plane
 necesse est. Qui inordinato vehementique sui amore labo-
 rant simili ad rationem, dolore, afficiuntur ex his quæ appre-
 hendunt adesse, sibi nociua, inimica, & contraria. In eundem
 modum qui deum sincere diligunt, ad proportionem etiam
 eius amoris, amati offensam detestantur & odiunt.

Et hæcenus quidem ex notione contritionis Lutheranæ
 & aduersariorum, quæ sit luculentia doctrinæ eorundem, de-
 penitentia, gustum nonnullum exhibuimus. Quem tibi ma-
 gis confirmabit, modus, quem docent, generationis eiusdem
 alius contritionis suæ, si ipsum excusseris.

Et hæc contritio, inquit, fit quædo verbo dei arguuntur pec-
 cata. Quia hæc est summa Euangelij, arguere peccata, & of-
 ferre remissionem peccatorum, & iustitiam propter Christum,
 & vitam æternam, vt renati beneficiamus.

Animaduerte obseruo, quid ex his verbis, aut sani, aut cer-
 ti quæquam possit intelligere. Attende
 fit hæc contritio (illa, inquam, quam terrores conscientia
 determinant) fit, quando verbo dei arguuntur peccata. Nun-
 quid alter nunquam, aut nulla alia ex causa? An non, fidelem
 hominem, etiam si nullus adfir alius diuini verbi præco,
 eius conscientia non frequenter redarguit, terret, & diuini
 verbi damnationis que timorem incutit?

Sed probat rem ita habere. Quia hæc est summa Euange-
 lii, arguere peccata, & offerre remissionem peccatorum pro-
 pter Christum.

*Quam se-
eū pugnent
vbique.* Iterum quaeso Lector hic aduerte animum. Supra affer-
tes viam illam energiam suā illius salut aris fidei scripturam
vniuersam in hos duos locos partiūtur, quos sibi constituit,
velut è diametro: legem, inquam, & promissiones, hoc est
Euangelium. Siquidem Euangelium nihil esse, quā pro-
missionem remissionis peccatorum & iustificationis pro-
pter Christum affirmant. Legis munus proprium faciat, ac
cūsare semper, & perterrefacere conscientias. Perterrefacit
autem conscientiam refugere, non amare dei iudicium. Con-
trā, euangelio tribuūt, consolari nos: gratuitam salutem, pro-
pter Christum ingerere: conscientiaē terrores à lege in cultu
depellere. Hic planè contra ex euangelio legem faciunt. Hi
illis euangelij summa est, peccata arguere: terrores in cultu
conscientiaē: quod illic legis, vt contra euangelium distinga-
tur, est proprium. Quo igitur pacto hoc psalterium concor-
dat cum illa cythara?

Iam & illud quale est? Quando verbo dei arguuntur pec-
cata, conscientia terrore ac timore concutitur, diuini pro-
iudicij & gehennæ, cum nondum diligit: accedit deinde a-
des, & perfectum est pœnitentiæ mysterium. Hoc inquit est
quod explicari cupio, quo secum pacto cohaereat, vt bol-
quatur, non præcedat vestram illam cōtritionem: hoc est, p-
cussos conscientiaē timores à verbo dei? De fide inquam lo-
quor, non de notitia historiarum, quam nemo fidem intelligit.
Cum verbo dei arguuntur peccata, aut fidem iam habet pec-
cator, aut non habet. Si non habet, non credit verbo dei
proinde metu, aut terrore, ex audito & non credito verbo
dei concutitur. Si fidem habet, iustus est, vobis ipsis aut hor-
bus: etiā antequam pœniteat, conterreatur, aut terrore
lis concutiat eius conscientia.

*Quam se-
liciter, ad
suam illā
contritio-
nem stab-
lendam,
scripturas
accommo-
dent.* Existimo Lectorem iam satis intelligere, quanta sit per-
citas doctrinaē pœnitentiæ apud aduersarios. Et ex cōtra-
contritionis, quam primam eius partem faciunt, & ex modo
quem docent, generationis eiusdem. Nunc audi quā stab-
citer, quā efficaciter ad eandem stabiliendam scripturas
commodent.

Et de his, inquit, terroribus loquitur Psal. 37. Quonia
iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū, & sicut onus gra-
ue grauata sunt super me. Afflictus sum, & humiliatus sum.
Et Psal. 6. Miserere mei domine, quoniam infirmatus sum.

Quis vobis obsecro hoc affirmantibus, hos psalmos de ter-
ribus loqui, crediturus est, qui nullum de terroribus ver-
bi continent? Et ut à secūdo, qui ordine primus est, incipiam.
Illa, verè suæ miseræ conscij, & verè pœnitentis, & diuinam
miseriçordiam implorantis orationem cõtinet: sed de terro-
re nullum verbum loquitur. Dicit proinde ille eiusmodi: Mi-
serere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine,
quoniam conturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea tur-
bata est valde. Sed tu domine vsque quo? Cõuettere domine
& eripe animã meam: saluum me fac propter misericordiam
tuam. Miseriam suam agnoscit, in quam ex peccato incidit:
magnitudinem doloris ac displicentię, quam ex recordatiõne
diuinæ offensæ concepit, explicat: & pro venia ac salute sup-
plex confugit ad dei misericordiam.

Ita quoq; Psal. 37. in quo, nec terroris, nec metus vlla fit
mentio: sed ut in priori, verè pœnitentis peccatoris habitus,
cõfessioque explicatur: & desiderium & oratio exprimitur.
Qui meritò dolenter agnoscit, iniquitates suas supergressas
capit suũ, & dominatas sibi: illisq; se, grauibus certè diuisque
tyrannis, misere seruissè in opere luti, palearum, & laterũ: de
quibus ex animo dolet, verè humiliatus iam sub deo, atque
ita dolet, vt cordis gemitu, lachrymis ac rugitu illum ipsum
dolorem palam cõtestetur. Sed hæc nihil ad Lutheranam, &
aduersariorum, sed ad nostram pœnitentiam, & contritiõnem
propriissimè pertinent:

Super est iam altera pœnitentiæ aduersariorum pars, fides *De secūda*
illa earum specialis, qua credimus peccata nostra nobis gratis *parte pœni-*
tentiæ ob Christũ. Quam cum supra demonstrauimus igno- *tentiæ ad-*
rantam scripturæ, deo, Christo, Apostolis, & vniuersæ vsq; ad *uersariorũ*
Lutherum inauditam fuisse catholicæ ecclesiæ, constat sanè *Illam suã fi-*
de.
quam salubrem, quàm luculentam pœnitentiæ doctrinã, ipsi
cõsuo Luthero inuexerint in ecclesiam. Et quàm bene sit cõ-
suetum illis, qui se his credunt magistris, & doctoribus.

Quam suã fidem, quod hic in Apologia, quæ iam est recẽs-
sata, (Nam prior quam Augustæ ediderunt, ijs caret omni-
bus) perinde quasi supra ab ipsis nihil actum sit, velut ex in-
tegro plerisque scripturarum autoritatibus aggrediuntur,
asserere, sanè perdunt operã. Cùm vna responsione dicatur
ad omnia, quæ eunquẽ ex scripturis de fide proferri possunt,
nullum esse in illis iota, nullum apicem, qui ad illam aduersa-
riorum

DE POENITENTIA

riorum fidem specialē pertineat. Sed vniuersam, loquitur. Sed dum aliquem modorum, qui cōtrouersia secunda à nobis diligenter explicati sunt, aut de fide catholica, atque illi cōtra in dei veritatem innitente fidutia, idque bifariam simpliciter, aut viua: aut de ea fidutia in dei bonitatem & misericordiam, quæ spei assequendæ veniæ, & remissionis peccatorum coniuncta & affinis est: aut denique de altera illa fidutia certa assequendæ coronæ & gloriæ, & obtinēdi à deo quicquid petimus: quæ ex familiari iam amore dei nascitur: habet suæ illius securitatis sponsores, dei amorē, per spiritum sanctum nos inhabitantē, diffusum in cordibus nostris. Quæ fidutia, multis passibus (vt illic demonstrauimus) peccatorum remissionem subsequitur: quam, vt altera illa fides, precedere necesse est. At de fide aduersariorum nullum verbum in scripturis est. Intelligit proinde frustra se scripturas profert loquentes de iustificante quadā fide, nisi demonstrauerint quid loquatur de sua illa speciali promissæ in Christo salutis, & non de nostra fide catholica: seu simpliciter, seu viua, vt dicitur: seu de illa fidutia qua erga familiariter, & meritis matum vtimur, quæ impetrat ab amico quæ vult.

Peroratio de doctrina pœnitentiæ aduersariorum, & catholica. Proinde, si quantum diiudicande hinc inde, & aduersariorum, & nostræ de pœnitentiæ doctrinæ, viris bonis subsistere possit, dici oportuit, iam satis dictum existimo.

Explicatio rationum quibus suâ astruunt. Ne tamen rationibus, quibus & suam sententiam aliter, & nostram impugnant, non satis factum queratur, etiam hoc tædij adhuc deuorandum est.

Ratio. i. Itaque, quod rectè & secundum scripturas posuerint illas duas partes pœnitentiæ, nempe, illam suam contritionem, hoc est, terrores conscientia, illamque suam fidem, ita demopstrare pergunt.

Excussio. Christ⁹ dicit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Hic duo membra sunt, inquit. Labor & onus significant contritionē, hoc est, pauores & terrores peccati & mortis. Venire ad Christū, credere est quod propter Christum remittuntur peccata. Sunt igitur hæc due præcipuæ partes pœnitentiæ, contritio & fides.

Tu vero in Si in hunc modū pro vestro arbitrio interpretantibus vobis scripturas teneremur nos credere, facile ex illis astruere quidlibet. Sed nōdum persuasistis nobis, vos esse illos de quibus nobis per scripturam dicitur. Et facies quodcumque dicitur.

nos, qui præsumunt loco quem elegerit dominus, sequerisq; sen-
tentiam eorū. Non discedes à verbo quod annunciauerint tibi om-
nia ad dexteram, nec ad sinistram. Quorum vos cum audeatis
sententiam contemnere, merito nos vestras expositiones non de lector,
recipimus: præsertim quæ clarissimam scripturæ sententiam quam apte
corruptum punct & adulterant. Christus inuitat laborantes, lassas
colique in vijs iniquitatis, difficilibus sanè, & sub peccatorum sua senten-
tiam accõm-
onere satiscientes, ad se veniant: venientibus pmittit refectio-
nem & exonerationem à peccati, sub qua laborant, sarcina.
modent.

Itaque ad Christum, non pedum, sed cordis, sed amoris passibus
atque ad ipsum cõuertimur. Quod dum facimus, etiam, ipse
nullum cõuertitur ad nos: & onere peccatorum, sub quo la-
baremus, nos liberat, & sua gratia reficit. Quid igitur? Ergo
conuictio, hoc est, terrorès, & vestra illa fides, sunt præcipuæ
partes pœnitentiæ? Per quam obsecro dialecticam, nisi secun-
dam quam quodlibet infertur ex quolibet.

Eiusdem formæ argumentum addunt alterum.

Apud Marcum dicit Christus. Pœnitementi, & credite euā *Ratio. II.*
gelio. Hic, inquit, in priore articulo, peccata redargui: in se-
cundo, consolatur nos, & ostendit remissionem peccatorum
propter Christum donatam. Hæc enim reuelatur in euange-
lio. Videtis, inquit, & hic duas partes pœnitentiæ con-
tingit.

Hoc nos videmus, Christum exorsum doctrinam suam à *excussio.*
pœnitentiâ. Cum sit ea salutis, quatenus ex nobis pœdet, ini-
tiam. Sed nunquid, vt dignè pœniteas, non ante fidem te ha-
bere oportet, & credere? Hoc certe supra à nobis non semel
demonstratū est, clarissimis verbis affirmat Apostolus, crede-
re vniuersum illud oportere, quisquis ad deum reuerfurus & accē-
surus est. Itaque cum per pœnitentiâ, ad deum nos reuer-
tamur, & accedamus, atq; eius erga nos prouocemus miseri-
cordiam, quo & ipse dignetur vicissim ad nos respicere, ean-
dem vt fides præcedat necesse est: quæ vniuersa huius motus
radix versus deum est, non pars, sed velut principium à quo
cæca quædam efficiens.

Quod autem addidit Christus. Et credite euangelio, tale
est, velut si egrotū quis adhortetur, vt credat medico, hoc est
illi obtemperet, & salutaribus eius præceptis obsequatur. Duo
igitur nobis præcipue ad salutem necessaria, & quæ vniuersa
sua doctrina, per se, & Apostolos suos deinceps diligenter ex-
cutus

cutus est Christus hic velut summatim complectitur: omne mortificationem corporis peccati, & noue vite studium. Illa fit poenitentia: hoc, in obedientia Euāgelii, & impletione mandatorum dei, & eorū quæ nos docuit Christus, consistit. Quod inde? Ergo ne terrores conscientie, & illa vestra fides ignota Christo, Apostolis, scripturæ, & vniuersæ ecclesie, sunt partes poenitentia?

Ratio. 111. Sed & Paulus, inquit, ferè vbiq̃ cum describit conversionem, seu renouationem, facit duas partes, mortificationem, & viuificationem. Vt ad Coloss. 1. In quo (Christo nempe) circumcisi estis, circumcissione non manu, facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcissione Christi, conspersione in baptismo. In quo & resurrexistis per fidem operationis dei. Cuiusmodi & alia multa in vnum congerunt. Sunt ergo hæc duæ partes poenitentia, contritio & fides.

Excussio. Nisi me contineret instituti ratio, nõ ferrem diutius istiusmodi dialecticam, præsertim in aduersarijs. Cur hoc dico, admonitore opus nõ habent: sed decretum est hic Christiana cum illis modestia agere, ne odiosa contentio, & maiorum retaliatio, veritati præiudicium faciat.

Paulus, quemadmodum & cæteri omnes Apostoli, vbiq̃ inculcat, vt mortificemus carnem peccati, quò viuat & viget in nobis spiritus: vt Christo conspeliāmur, mortui peccati, quò eidem conresurgamus, & conuiuamus in nouitate spiritus. Illud fit, poenitentia vitæ veteris digna: hoc credendum est obsequedo Euangelio: & vitam instiuendo secundum doctrinam christi, quā verbo, exemplo, atque adeo, se toto docuit: & per eius subsequendo ingrediendõ que, vestigia. Sed nõquid ex hoc est consequens, vt terrores conscientie agnito peccato, & vestra illa fides, partes sint poenitentia? sane istiusmodi argumentationum leges nunquam didici.

Quarta Sed quid opus est, inquit, multa citare testimonia, cum multis scri- vbiq̃ sint obuia in scripturis, vt Psal. c. xv. 11. Castigauerunt me, & morti non tradidit me. Et Psal. sequenti. Dedit anima mea præ angustia, confirma me verbo tuo: Est. 1. 1. & gum. 1. 1. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit, & cætera. Ad huc, inquit, modum solet scriptura hæc duo coniungere, terrores, & consolationem.

Excussio. Hoc ne est cum iudicio citare scripturas quo pertinet? non potius velut in tenebris palpando, quicquid se primo obui-

obtolerit, accommodare ad quilibet.

Prædicat David diuinam erga se benignitatem, & misericordiam, quæ peccantē ipsum corripuerit, & castigauerit, vt filium pius pater, & respicere cogērit, non occiderit. Ergo ne contritio, hoc est, terrores conscientia, & vestra illa fides sunt partes pœnitentia?

Rursus. Exprimens desiderij sui impotentiam, quo Christi filiatoris & verbi in carnem expectabat aduentum. Defecit rogant, in salutari tuo anima mea, & in verbum tuum superferui. Defecerunt oculi mei in eloquium aut verbū tuum, dicens, quando consolaberis me? De pœnitentia verò de terribus, de fide illa vestra, nullum hîc prorsus verbum est.

In cantico Annæ, cum Samuēlem filium offerret domino, eadem agnoscens vim & auctoritatem diuinæ in humanis rebus prouidentia, & quod prius sterilitatis percussa opprobrio, secunditatis deinde beneficio, donata fuerat, & cōtra ipsius diuinis beneficijs cumulati, quod de illis ingratos se præstiterunt, reciderint in contrarium, Arcus, inquit, fortium superatus est: & contra infirmi accincti sunt robore. Repleti prorsus pro panibus se locauerunt: & contra famelici saturati sunt: quin & sterilis peperit plurimos, contra verò, quæ multos habebat filios, infirmata est. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Dominus pauperē facit & datat, humiliat & subleuat, & c. Eius enim sunt cardines orbis terræ. Sed hæc ad pœnitentiam atque eius partes, ad cōtritionem illam vestram, hoc est, conscientia terrores, ad illā fidem vestram quid pertinent?

Adducunt præterea & alios quosdam locos in edita auctore nouissime sua illa apologia, (nam prima dictos tantum habet) sed ad eādem omnes monetā pertinent, nec vllam difficultatem ingerunt ei, qui vel paululum assuevit iam indicare subinde à nobis illorum dialecticæ. Proinde ad rationes eorum, quibus suam illam, tanquam audisti, luculentiam, expeditam, & planam, pœnitentia doctrinam asserunt, ista mihi sufficere videntur.

Nostram doctrinam impugnare cū videri volunt, Andæcum more in tenebris dimicant, imò doctrinam nostram non intelligentes, sua ipsorum somnia, quæ nobis impudenter affingunt, impugnant.

At ut nos affirmare, ita remitti peccatum, quia contritus

*Quo catho-
lica doctri-
nam impu-
gnare vo-
lentes, sua*

ipforum, que illi as-
fingunt, somnia im-
pugnent. Somnium
primū. Ve-
ram contri-
tionem ex
amore, non
cūtra amo-
rem ex con-
tritiōe pro-
cedere. Nec amo-
re, nec con-
tritionem
mereri iu-
stificatio-
nis gratiā
eo meriti
genere,
quod ex o-
pere debi-
torem con-
stituat. Utique ta-
men, meri-
to congrui
quod vni-
domini li-
beralitati,
et miseri-
cordiæ in-
nititur. Peccatorū
remissio ve-
re pœnitē-
tibus debi-
ta ex pro-
missa.

tus intelligit actum dilectionis, per quem remissionem pec-
catorum mereatur accipere. In quo confutatio, se frustra
tigit, cum nos nihil asseramus minus. Neque enim
ctionem ex contritione, sed contrā, contritionem ex amo-
re ac dilectione procedere dicimus. Quamdiu peccator non
diligat, manet in morte, quemadmodum ille veritatis Euan-
gelista, clarissimis verbis affirmat. Quando autem quis ad
sincerum dei amorem perductus est, tantum necessario do-
let, & sibi displicet, quod ipsum offenderit, quantum ama-
t. Hæc enim necessario commensurantur, amor & displicentia
aut dolor de offensa amati. Quo cum perductus est, iam et
corde vere contritio ac humili, ad quod oculo illo cordis
cordiæ, deus iam dignatur respicere. Ipse enim diligens est,
vicissim diligit: non diligentes, non dignos habet: ad quos re-
spiciat. Neque tamen per ipsam actum dilectionis, & ex
precedentis contritionis, dicimus peccatorem mereri ius-
tificationem peccatorum, aut iustificationis gratiam merito illo
proprie dicto, quod quem debitorem constituat, ita enim
gratia non esset gratia.

Quamuis de merito congrui, vt cum scholasticis dicamus,
nullū hoc inconueniens existimemus admittere. Tamen si
si, hoc aperte falsum, alienūque, & à scripturis, & orthodoxis
patribus dicant: sed dicant tantū, & non demonstrēt. Hoc
enim, bono, pio, & misericordi domino congruit, verè peni-
tentibus ignoscere: & ad animandos, reuocandōsque ad se
salutēq; suam miseros peccatores, eidem bonitati placuit, &
tiam hoc ipsum promittere, & velut promisso ad hoc se ob-
ligare. Proinde toties ad nos clamat in scripturis, per propheta-
tas, & apostolos. Quacūque, inquit, hora ingemuerit pecca-
tor & conuersus fuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor.
Et rursus: Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus
iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinā iniquita-
tas. Nūquid voluntatis meæ est mors impij dicit dominus. Et
nō potius vt conuertatur a vijs suis, & viuat: Reuertimini &
viuite. Ita quoque per Zachariam: Conuertimini ad me, &
ego conuertar ad vos. Ita & Iacobus. Appropinquate deo, &
ego conuertar ad vos. Ita & ipse Christus: Venite ad me, &
qui sub peccatis laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.
Nostra ad ipsum cōuersio, noster accessus, præcedit: qui cō-
comitatur dei cōuersio, & appropinquatio ad nos: de qua, vt
pater

luc. pmissa, certos nos reddidit, si processit in nobis, quod ex nobis regitur. Ad quod ipsum nihilominus, sua bonitate, & gratia nos prouocat, instigat, & adiuuat: ita ut nulli quicquam ex ipso ad salutem desit. Ego sto, inquit, ad ostium, & pulso: Siquis auerit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum. Ipse pulsat, ut sibi ianuam cordis nostri aperiamus: dat nobis facultatem, ut eadem sibi aperire possimus: non tamen eam ipse effringit, neque ita ad nos ingreditur: sed si nos ipsi, eius quidem adiuti gratia, que omnibus parata offertur, eadem ipsi aperuerimus. Quod cum facimus, promittit, aut affirmat se ingressurum ad nos. Itaque in hymno quadragesimali ita canit ecclesia: Si remis, quis tribuet? indulge quia potens es. Si corde rogamus: munda, certe debes ex promisso.

Adhuc, aiunt nos affirmare ad deletionem peccati, solam contritionem criminis sufficere. Item, quod per attritionem, ut contra contritionem distinguitur à doctoribus, mereamur gratiam. Quod item susceptio sacramenti penitentiae ex opere operato, sine bono motu utentis, hoc est, sine fide in Christum, conferat gratiam. Quae cum sint euidentia, atque impudètia mendacia, nihil est opus ea aliter refellere. Tantum mirari cogimur, quod nam illis in mentem venerit, istiusmodi nobis asserere, quae cum doctrina nostra pugnant è diametro.

Atque merum est figmentum & insomnium, quod affingunt sibi haereticis de potestate clauium, doceri ab illis quod valeant ad remissionem peccatorum, non coram deo, sed coram ecclesia.

Quamquam de potestate clauium nobis nulla hic sit disputandi necessitas: ut quas, huc pertinere non credimus, sed significat auctoritate regendi domum ecclesiasticam. Quarum officium principium est, sui regiminis habentis moderari Christi oves in familia: suum cuique officium praescribere, figere, refigere obligare, & obligata resolvere. Necvisquam sit mentio clauium remittendi à Christo, quam vnico loco ad vnum petrum, velut ecclesiasticum peccata. Et dictum clauium officium in ecclesia clarissimis suis verbis exponitur, subiungens: Et quodcumque ligaueris super terram, ligatum & in caelis; quodcumque solueris, solutum.

Principale & primum harum opus est, praescribere omnibus qui sunt in domo ecclesiastica, in regno Christi, quod hic super terram est, cuique, quod est sui officij, & obligare omnes praesceptionum suarum vinculis.

Somn. ii. 11.
111.
1111:

Potestate clauium toto genere diuersam esse à potestate remittendi peccata. Quod earum officium exponitur à Christo.



Secundarium est constituta & obligata resolueret: & quid ille huius rei agit, in regno Christi super terram, hoc coram Christo, ratum est in cælis. At alia, & ab hac dignissima potestas est, quæ est data, non solum pastori oculis Christi, & regni eius rectori, non solum apostolis, quos nobis scriptura referunt, sed vna etiam discipulis, & in eis sacerdotibus omnibus, (de qua post Christi resurrectionem apud Ioannem) remittendi omnibus peccata, atque eadem retinendi. Cuius opus primum ac principale est, peccata dimittere: quod nihil commune habeat, cum primo & principali opere potestatis clauium: nempe, ligare, figere, præcipere, obligare. Secundarium verò, & minus principale est, peccata retinere. Quod & ipsum nihil commune habet cum opere secundo potestatis clauium: quod est soluere, hoc est, ligata, fixa, statuta, obligata resolueret, & obligationem tollere, libertatem reddere.

Vt altera christiana poenitentia partem, confessionem ne pe, nullis rationibus oppugnent sed sua tantum sententiam de ea pronunciet. Eiusdem explicatio.

Sed obiter ista.

Alteram nostræ poenitentia partem, confessionem videlicet peccatorum nostrorum sacerdoti factam, impetrandæ gratia, obtinendæ remissionis eorundem gratia, nullis rationibus, aut argumentis impugnant: sed tantum legislatorum in ista sententia de eadem sententiam pronunciant. Quam, quantum nos morum ratione possimus simpliciter rejicere & contemnere, quæ tamen de re graui agitur, paulò pressius excutienda est, quæ & nostræ sententiæ magis illucescat veritas, & illorum sententia falitas, certiusque à viris bonis, ab omnibus quæ nostræ lecturi sunt, proferri possit iudicium.

Appellat bonorum virorum iudicium, quàm in illud sententia veris illis poenitentia suæ partibus, contritione & fide, & felicitè versati sint. De confessione verò, & satisfactoribus, vt rebus nihili, aut non magni momenti, non admodum se rixatos esse: se nihilominus ipsam etiam confessionem retinere, propter absolutionem: quæ est, inquit, verbum delicti, quod de singulis auctoritate diuina pronunciat potestatis clauium. Cæterum enumerationem delictorum in confessione sentiunt diuino iure minimè necessariam: sed posse sacerdotem absolueret peccatorè, quantum peccata eius profus ageret modo tantum in genere confiteatur se peccatorem, & remissionem peccatorum opus habere. Quamquam pro simplicibus, examinanda conscientia eorundem gratia, & quo certius possint institui, probent confessionem eiusmodi, quam

enumerationem particularem peccatorum habeat. Apud scriptores ecclesiasticos confitentur quidem haud infrequentem mentionem confessionis recurrere: sed non loqui illos de nomine hac confessione, quae enumerationem occultorum peccatorum habeat, sed tantum de ritu publicae poenitentiae. Quae, quia lapsi, aut famosi recipiebantur, non tamen sine certis satisfactionibus, ideo illos confessionem fecisse apud presbyteros, ut pro modo delictorum satisfactiones praescriberentur eisdem.

Hae fere summa est omnium quae de confessione, velut lepidiores quidam, & tanquam ex tripode proferunt, in quibus confutandis, si praeter institutum hic paulo prolixiores fuerimus, boni consulat lector. Quandoquidem, non de re levis, ut ipsi videri volunt, momenti, sed ex qua neglecta, salutis aeternam incurrimus, hic agi intelliget.

DE PECCATORVM CONFES-
sione demonstratur quae sit doctrina
Euangelicae veritas.

Stendimus supra vere poenitentem fideliter, & libenter se subdere, omnibus medijs, ac remedijs, quae pro obtinenda peccatorum remissione instituta à Christo intelligit. Intellegit autem ex ipsis verbis Christi nobis esse necessarium, ut ea remitti obtineamus sacerdotum suorum ministerio. Quae do quidem clarissimis verbis affirmat, non remissum coram deo, quod ab illis retentum est, aut remissum non est. Intellegit quoque datam ipsi hanc potestatem remittendi peccata non quibuslibet, aut ad suum ipsorum nudum arbitrium, sed vere poenitentibus. Et proinde, cum iudicio praevio: quo ex modo poenitentiae prudenter discernat, remittenda ne haec an vero retinenda adhuc peccata sint, ut calore salutis contritionis, nondum concocta satis. Quae in re, sacerdos suo ritus officio non posset, nisi peccator suum ipsi morbum aperuerit, lepram animae suae detexerit, & se totum inspiciendum praebuerit. Hanc esse certam, apertamque veritatem lucis Evangelicae, quam ut clarissimis nos verbis Christus docuit, ita patet, cum comprobatur certa illa orthodoxae veritatis amulsi, causa ab initio catholice per orbem ecclesiae, ab ipso sui initio, consensu ac sententia fide ac sententia. Quam orthodoxorum sanctorumque patrum, diuersis

ex Christi verbis.

Ex catholicae per orbem ecclesiae causa ab initio fide ac sententia.



DE POENITENTIA.

ab initio seculis, diuersis orbis terræ cardinibus, scripta magno consensu comprobant. Quod ut certo intelligas, & firmam quam illud verum sit, quod tam confidenter pronunciant, ecclesiasticos scriptores, cum de confessione peccatorum loquuntur, nihil de nostra confessione loqui, sed tantum de ritum poenitentiae publicae, paucis demonstrandum est.

Et ut ex illo ipso seculo incipiam, quo sincera adhuc vigebat Christi religio, Nam de posteriori seculo, ut non distincte publicè receptam hanc sententiam, ita eius auctoritatem non perinde tanti faciunt.

catholica eius fidei S. Leo testis luculentiss. Ille ter sanctus Leo, episcopus catholice ecclesiae, orthodoxae & sincere fidei assertor, (quibus ipsum elogium Calcedonensis synodus exornauerat) ante annos undecies centum ad Theodorum Foroiulensem episcopum scribens: Multiplicem misericordiam dei ita lapsibus subuenisse humanis stramat, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam spes vitae reparatur aeternae: sic diuina bonitatis praesidijs ordinatis, ut qui regenerationis dona violassent, indulgentiam dei, nisi sacerdotum ministerio, nequeas obtinere. Mediator enim, inquit, dei & hominum, homo Christus Iesus, hanc praepositis ecclesiae tradidit potestatem, ut de contentibus actionem poenitentiae darer, & salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum, per reconciliationis ianuam admitterent. Audis quod ille dicat: Legitima potestatem ecclesiarum pastoribus, ut contentibus impartiantur reconciliationis gratiam, praescripta eiusdem actione, modoque poenitentiae. Quod autem non loquatur de ritu poenitentiae publicae, & confessione, qualis in ea solet peragi, sed de poenitentia quae cuique peccatori pro obtinenda diuina indulgentia est necessaria, ipsa, ut audisti, eius verba clarissime loquuntur: dicens ita ordinasse deum suae bonitatis praesidia, ut ab his qui regenerationis dona violassent, potestati sacerdotali ministerio, indulgentia, & peccatorum remissionem obtineri nequeat. Potestatem autem illam remittendi peccata, a Christo datam sacerdotibus, ecclesiarum pastoribus, tamen remittendi quibuslibet, sed contentibus. Insuper & pertinere ad eandem illam eorum potestatem, quae a Christo acceperunt, ut contentibus actionem, & modum poenitentiae praescriberent. Sed hoc ad satisfactionem pertinet, de qua mox tractabitur.

Tam & alterum, & ex alio orbis cardine, & dicto Leone ali
 quareo vetustiorē, nec minus idoneum testem accipe, quod, *Eiusdem*
 quam diximus, de confessionis necessitate sententia, commu- *catholicæ*
 nis catholicæ per orbem ecclesiæ sententia, & doctrina fue- *per orbem*
 rit, Augustinum, inquam, ex Africa. *fidei etiam*
D. Augu-

Hic capite. 11. i. libro. 11. de visitatione infirmorū habet *stinus testis*
 in hec verba. Sunt, inquit, quidam, qui sufficere sibi existi- *irrefragabi-*
 mant, si soli deo, cui nihil occultum est, quem nullius later *lis.*

conscientia, sua crimina confiteantur. Nolunt enim, aut eru- *scilicet*
 besunt, seu dedignatur ostendere se sacerdotibus, quos ta- *scilicet*
 men inter leprā & lepram descendere per legislatorē cōstituit *scilicet*
 dominus. Sed nolo vt decipiaris opinione, quatenus cōfundi- *scilicet*
 turis confitetti Christi vicario, tabescens præ rubore, vel cer- *scilicet*
 uiculus præ indignatione. Nam ipseus est humiliter subeun- *scilicet*
 diudicium, quem dominus suum non dedignatur vicariū. *scilicet*
 Ergo ad te venire roges sacerdotem: & fac ipsum conscien- *scilicet*
 tiarum tuarū penitus participem. Erroneam autem esse per- *scilicet*
 fussionem contrariam etiam argumentis confirmare pergēs, *scilicet*
 hoc dicit testari sanam doctrinam, quod sacerdotis egea- *scilicet*
 mus, qui inter deum, & nos mediator sit salubri iudicio. Alio *scilicet*
 quis, inquit, & sub lege, & sub gratia. Ite & ostendite vos sa- *scilicet*
 cerdotibus, responsum diuinum, quomodo cōsummaretur?

Confitemini alterutrum peccata vestra, quomodo comple- *scilicet*
 retur? Et alio loco, ergo sine causa dictum est? Quæ solueri- *scilicet*
 tis in terra, soluta erunt in cælo. Ergo sine causa datæ sunt *scilicet*
 clauēs ecclesiæ dei? Frustramus euangelium dei, frustramus *scilicet*
 verba Christi, promittimus nobis, quod ille negat: nōne nos *scilicet*
 decipimus? Quid hic dicturi sunt aduersarij? An de ritu pu- *scilicet*
 blicæ penitentiæ, Augustinum hic loqui? An de confessione *scilicet*
 eiusmodi, qua sacerdoti peccator diceret. Peccator sum, e- *scilicet*
 go remissione peccatorum, proinde dimitte mihi ea? Quid *scilicet*
 est ergo quod cōfessionem, quam vt necessarium exigit, af- *scilicet*
 firmat adiunctam habere erubescensiam, ob quam, grauis *scilicet*
 peccatoribus? An est quisquam qui se peccatorem confite- *scilicet*
 retur, quod de omnibus pronunciat diuinæ scripturæ *scilicet*
 certa autoritas? Quid est quod de occultis, & soli deo no- *scilicet*
 nis, cōfessione detegedis loquitur? Quid quod iubet, vt fa- *scilicet*
 ciamus sacerdotem conscientiarū nostrarū, penitus partici- *scilicet*
 pem? Non iam interrogo, quanti illis sit Augustini autori- *scilicet*
 tate. *scilicet*

DE POENITENTIA.

tas, sed hoc cupio, quod mecum perpendant aduersarii, quicumque apud se in hac causa aliquid sunt prolaturi iudicium, an credant Augustinum hac in re docuisse tunc sibi commissos Christi fideles, atque interim semper viuente Christi ecclesiam, sua somnia, sua inuenta, & non potius, qui ille didicerat in catholica ecclesia, doctrinam sanam & catholicam? Docet autem Euangelium dei, & verba Christi fratres se aliosque decipere, sibi promittere quod Christus, qui persuadent sibi & aliis, peccatorum quemuis remissionem consequi, qui non humiliter se submiserit sacerdotis iudicio, qui aut dedignantur, aut erubescunt se illi ostendere, suam peccata confiteri, suam conscientiam aperire. Qui & alia loco docet, ut non per nuncium, non per scripturam, sed ore proprio, peccata nostra confiteri debeamus sacerdotibus. Ut qui, inquit, per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescencia enim ipsa, partem habet remissionis. In hoc enim, quod per se ipsum dicit sacerdoti, & erubescencia vincti more offensus, venia fit criminis. Multum enim satisfactio obtulit, qui erubescencia domans nihil eorum quae commisit nuncio dei denegauit.

Eiusdem catholicae fidei & doctrine, ex eodem quidem saculo, sed ex diuerso orbis cardine, oriente nempe etiam Chrysostomum illum, testem accipe.

chryso- Hic Hom. 11 1. in Matthaeum, habet in hac verba: Confessio, inquit, peccatorum, testimonium est conscientiae timoris eius. *testis* *deum.* Qui enim timet iudicium dei, peccata sua non erubescit confiteri, qui autem erubescit, non timet. Perfectus enim timor soluit omnem pudorem: illic enim turpido confessio nis aspicitur, ubi futuri iudicij poena non creditur. Nihil nescimus, quia confessio peccatorum habet pudorem? Et quod hoc ipsum erubescere, poena grauis est? Sed ideo magis iubet deus confiteri peccata, ut verecundiam patiamur pro poena. Haec ille. Quem puto, non dices sua somnia inuentaque docuisse commissum sibi populum, sed doctrinam, quam nouerat vir doctissimus, & sanctus episcopus, catholicae Christi ecclesiae. Audis autem, ut intellexerit & docuerit, confessionem peccatorum, non esse positam in nostro arbitrio, sed praecipuum a deo. Ideo, inquit, deus iubet magis confiteri peccata, ut verecundiam patiamur pro poena, Nec fingere quod

quam potest, eum loqui aut de confessione publica aut illa, qua quis cätü diceret sacerdoti in genere, peccavi. Sed de ea que omni peccatori est necessaria, qualis publica non est. De ea item, quæ pudorem & verecundiam comites, vt necessarios, ita homini graues, habet, qualis illa generalis non est.

Eiusdè doctrinæ catholicæ testes sunt, ille magnus Basilius *Testes quo*
lib. de institutione monachorum. Et beatus Ambrosius lib. *g. Basilius.*
11. de pœnitentia. *Ambrosi.*

Subscribit eidem & ille (testis planè irrefragabilis) D. Hieronymus, qui capite. xv. 1. 1. in Ecclesiastè, habet in hæc verba: Si quem serpens diabolus occulte momorderit, & nullo conficio, eum peccati veneno infecerit, si tacuerit, qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus suum fratri suo & magistro voluerit confiteri, magister ei prodesse non poterit: Si enim erubescit egrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina non curat. Hactenus ille: Vides autem qualem confessionem illi faciendam doceat, quem serpens momorderit in occulto, qui peccati veneno infectus est, nullo conficio: nempe talem, per quam hoc ipsum latens conscientie suæ vulnus detegit: non deo cui nihil occultum est: sed fratri & magistro sacerdoti videlicet, quem nobis Christus, animarum nostrarum constituit medicum denuncians, nisi illi confessus uerit curationem minime recepturum. Vides illum clarissimè significare, confessionem necessario requiri ad pœnitentiam peragendam. Nec semel hoc dixisse contentus continuo ipsum repetit, & aliis verbis iterum inculcat. Si vulnus, inquit, suum fratri & magistro suo noluerit confiteri, ille cui à Christo data est medicandi, hoc est, peccata remittendi potestas, prodesse, ipsi non poterit. Si erubescit egrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat, medicina non curat. Vides vt hîc doceat, non generalem illam, qua tantum se peccatorem profiteretur, sed specificâ vulnere conscientie detectionem: alioqui ipsum curari non posse pœnitentiæ medicamento, & remissionis curatione, quâ impartit animarum magister & medicus. Eam nempe, per quâ, cordis intima, & quæ quis in secreto cordis sui, sola cogitatione perpetravit, aperit non deo, sed fratri, mortali homini: nõ quæcumque, sed magistro spirituali. Eiusmodi confessionem ille docet, & exigit, vt quis dignè pœniteat, & commissorum remissionem

Hierony.

remissionem possit percipere.

Imò quod non solum diui Hieronymi, sed etiã Cypriani, sed etiam Origenis, imò Dionysii tēporibus, hoc est, ab ipis continuo apostolis, v̄itata in ecclesia f̄uerat, & exacta v̄tū necessaria, peccatorum, quātumuis occultorum, distincta, & non illa generalis confessio, idem ipsi luculentissimi testis

Eiusdem si sunt.

dei testis

Cyprian.

Cyprianus ille sanctissimus martyr & pontifex sermo. V. de lapsis, loquēs de his, qui corde tantum lapsi sunt. Hic, quāuis nullo sacrificij, aut libelli facinore constricti sint, quoniam tamen de hoc vel cogitauerūt. Hoc ipsum apud sacerdotes dei dolēter, & simpliciter confiteantur: ex omni sim conscientia suā faciant: animi sui pondus exponant: labatē medelam paruis licet, & modicis vulneribus exquirant: Et paulò post: Confiteantur singuli, quāso vos fratres, delictum suum, dum adhuc qui delinquit in seculo est, dū admitti eius confessio potest, dum satisfactio & remissio per sacerdotem apud deum grata est. Hactenus ille annis circiter cētum quinquaginta, antequam illa Hieronymus scriberet. Quem audis docentem, sola cogitatione lapsos, hoc ipsum, apud sacerdotes dei dolēter, & simpliciter cōfiteri debere: & obsecrando exhortantem omnes, delictum quēque suum, dum tempus habet, dum remissio per sacerdotem facta dō grata est, confiteri. Nec puto te dicturum, hunc sanctum & doctissimum pontificem, sua hīc aut somnia, aut inuenta docuisse Christi fideles: sua aūthoritate (quā temeritas potius fuisset, & præsumptio) iisdem imposuisse hanc confessionem peccatorum occultorū sarcinam: sed hoc docuisse, quod habebat doctrina sana, quā didicerat in catholica ecclesia. Neque possunt hęc detorqueri ad ritum pœnitentię publicę: ad quos neque tunc, neq; nunc, obligatus est, aut fuit quisquā, ob solū cogitationis peccatum.

Eiusdē quo Ante hunc & Origenes ille, audi, quale confessioni ecclesie
que testis siastica, qualis vsq; ad nos perduravit in ecclesia, perhibet
Origenes. testimonium.

In Psal. xxxvi. habet in hęc verba. Vide inquit, quid nobis edocet scriptura diuina. Quia oportet peccatum nō celare intrinsecus: fortassis enim sicut hi qui habent intus inclusam escam indigestam, aut flegmatis humore stomacho grauiter

& mollesse inniterem, si vomuerint, releuantur: ita etiã hi qui peccauerunt, siquidem & occultant, & retinent intra se peccatum, intrinsicè vrgentur, & propemodum suffocantur à phlegmate, aut humore peccati. Si autem peccator ipse sui accusator fiat, dum accusat seipsum, suum peccatum confiteatur, simul euomit delictum, & omnem morbi causam digerit. Tantummodo circunspice diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuum, proba prius medicum, cui debeas causam languoris exponere: qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente: qui condolendi, compatiendique disciplinam nouerit: vt ita demum, si quid ille dixerit, si quid consilij dederit, facias & sequaris. Et si intellexerit, & prouiderit talem esse languorem tuum, qui in conuentu totius ecclesie exponi, & curari debeat, ex quo fortassis & ceteri edificari poterunt, & tu ipse facile sanari, multa hoc deliberatione, & letis perito medici consilio procurandum est. Hactenus Origenes ille. Quem docentem audis, quodcumq; letale delictum in animi penetralibus latens, euomendum per confessionem, si modo peccatur sanari voluerit. Quod quandiu factum non est, miseram intus vrgeri & suffocari conscientiam. In cuius verbis, etiam hoc diligenter observa, quam clarè distinguat confessionem publicam, & qualis in publica pœnitentiã peragebatur, à priuata, quæ quotidie de omni letali delicto facienda est. Nam de priuata hoc nos admonet, vt circunspiciamus cautè, cui credamus secreta nostra, vt antè probatus sit nobis medicus, cui exponamus languorem nostrum, q; sciat condolare & compati infirmitati alienæ. De publica verò docet, non facile, nec temerè ad ipsam veniendum esse: nec ipsi priuata confessione apud sacerdotem peritum, & de eius matura deliberatione, & consilio: idque ob causas quas idem commemorat: videlicet, si peccatum eiusmodi sit, vt & tua correctio & aliorum edificatio, publicam tuam pœnitentiã requirere videantur: vt verbi gratia, publicè commissum homicidium: aut stupri, aut adulterij consuetudo notoria: ite si qui in persecutione suppliciorum aut mortis metu Christi nomen abnegarunt. Si qui seducti in schisma aliquod, aut hæresim, à catholica se diuiserunt ecclesia. In iis atq; eiusmodi, tamen iuxta sententiam prudentis medici ac sacerdotis, cui secreta primum facta est peccatorum confessio, publica pœnitentiã

*Nota quã
clare distin
guat orige
nes confes
sionem et
pœnitentiã
publicã à
priuata.*

*Ob quas
causas sub
eunda sit
pœnitentiã
publica.*

*Eiusdem
fidei ex
doctrina
testis Dio
nysius.*

nitentia in conspectu totius ecclesiae peragenda, imponenda est, ut qui scandalizati sunt de notorio, & enormi peccato, emendentur de correctione & poenitentia.

Quin & ex B. Dionysij epistola ad Demophilum notandum clarissime est videre, eundem ritum confessionis factum qui adhuc observatur, vsitatum fuisse etiam tunc in ecclesia, ita enim scribit inter caetera. Tu vero, ut tuae literae indicant, prociidentem sacerdoti impium (ut ais) atque peccatorem, nescio quo pacto contra ordinem disciplinae altaris, caece abiecasti: cum ille quidem verecundè, quod oportuit fieri teretur se ad peccatorum remedia quaerenda venisse. Nec exhorruisti insuper sacerdotem optimum lacerare conuictum miserabilem eum dicens, qui poenitentem atque impium iustificasset. Haecenus ille. In quibus verbis, hoc in primis notandum est, quod Demophilum grauiter arguat, quod dicitur in ordine sacerdotali non esset, contra ecclesiasticae disciplinae ordinem altitisset sacerdoti cum ante eum, poenitentiae causa, peccator prociideret, peccatorum suorum quaerentis remedia. Clare indicans ecclesiasticae disciplinae ordinem, cum tunc, in poenitentia & confessione requisisset secretum. Deinde, & illud diligenter obseruandum est, quod dicitur scribit peccatorem ante sacerdotem prociidisse, peccata detexit, veniam eorumdem postulasse, eademque deinde fuisse remissa a sacerdote, cui Demophilus ille eam ob causam conuictum fecit, quod iustificasset impium: sed poenitentem, & peccatorum suorum remedium, remissionemque humiliter expetentem. Qui vniuersus, etiam nostratis confessionis, ut haecenus in ecclesia celebratur, ritus est.

*Eundem
tunc ritum
confessionis
fuisse, qui
adhuc ho
die obser
uatur.*

*Concludi
tur ex pra
missis con
stare, eun
dem qui
nunc est ri
tum confes
sionis clan
culariae ex
christi con
stitutione,
ab initio
fuisse in ec
clesia.*

Itaque si haecenus dicta vniuersa in vnum coferas, non dubitabis eundem qui nunc est, ritum confessionis peccatorum clanculariae, ab ipsis ad nos vsque apostolorum temporibus vsitatum fuisse in ecclesia, & ex Christi constitutione tractasse originem: qua in obtinenda peccatorum nostrorum remissione sacerdotum suorum nos subiecit iudicio & ministerio: quo illi erga nos fungi non possent, nisi confessione poenitentiae. Cuius sententiae, velut catholicae doctrinae, ex omnibus ab initio saeculis, ex omnibus orbis terrae cardinibus, irrefragabilia testimonia protulimus, eorum quorum confessio communem catholicam ecclesiam (cuius fuisse velut columnam nequaquam, & membra praecipua) nobis sententiam certo indicat.

Cui non refragantur, imò apertissimè subscribūt Zozome *Que obi-*
 ti verba, quæ recitatur in Tripartita historia, vbi explicatur, *ciunt ut ex*
 quid sob Nectario (quod mox audies) Cōstantinopoli actū *zozome-*
 fuerat: vnde diuersæ sententiæ antistites, irrefragabile argu- *no, confir-*
 mentum aduersum nos se inuenisse existimant. *mare non*

Quoniam, inquit, omnino non peccare diuinum, & vltra *infirmare*
 humanam naturam esse cognoscitur: peccantibus autem, & *dictam sen-*
 penitentiam agentibus, veniam dari deus præcepit: qui ve- *tentiam.*
 ro confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt:
 propterea visum est antiquis pōtificibus, vt velut in theatro,
 sub testimonio ecclesiastici populi, delicta pandantur: & ad
 hanc rem, presbyterum conuersationis bonæ, seruantemque
 secretum, ac sapientem virum statuerunt: ad quem acciden-
 tes hi, qui deliquerunt, delicta propria fatebantur. Et ille secū-
 dam vniuersi cuiusque culpam indicebat & multam. Quod
 ritum hæcenus diligenter in occidentalibus seruatur eccle-
 sia. Hæcenus ille.

In quibus equidem verbis clarissime distinctam vides or- *Nota vt*
 dinationem diuinā ab ecclesiastica. Diuinam ordinationem *zozome-*
 requirere significat, vt peccantes per humilem confessionem *nus clare*
 peccatorum suorum recurrant ad pœnitentiam, aperte afir- *distinguat*
 mans, eos qui refugerent peccata sua confiteri, grauius onus *ordinatione*
 peccatorum incurrere. Quod minime esset, nisi ad confessio- *ne diuinā*
 nem peccatorū obligaremur. Et eam ob causam visum fuisse *ab ecclesia*
 antiquis pontificibus, super hoc edere ordinationem eccle- *stica, circa*
 siasticam, per quam, dei ordinatio impleretur decentius, & *confessio-*
 minori cum periculo confitentium: electis ad id muneris, *nem pecca-*
 presbyteris bonæ conuersationis, sapientibus & prudētibus, *torum.*
 & continentibus secretum. Qui non in suis ædibus priuatis,
 (ne hoc pretextu matronis, & virginibus machinari aliquid
 possit periculi) sed velut in theatro, & sub testimonio eccle-
 siastici populi, (quo abesset omnis mali, aut species, aut suspi-
 cio) confitentium peccata audirent, & salutarem eis pœniten-
 tiam iniungerent. Vides quàm clare, his explicet, eūdem con-
 fessionis ritum, qui vsque nūc obseruatus cernitur per catho-
 licam ecclesiam, dudum ab antiquis pontificibus ordinatum
 fuisse, obseruatumque per vniuersam ecclesiam. Ab antiquis,
 inquit, pontificibus, velut in extremam antiquitatem, hoc
 ritum, cuius certum non inueniretur initium, vt dubitari
 non possit ab ipsis vsque apostolorum temporibus descen-

DE POENITENTIA.

diffe. Quãquam Socrati, qui eodem loco citatur, visum fuisse eo tempore hoc retulisse initium, quo Nouatianorum heresis ab ecclesia damnata est: quod tamen apud nullum alium inuenitur scriptorem ecclesiasticum.

Vides insuper vt apertissimè loquatur de confessione, publicam, sed priuata, & eiusmodi per quã secreta peccata nostra panduntur sacerdoti, quandò illi studiosè præfitebantur sacerdos sciens seruare secretum: cui in eo quod publica confessione detectum est, nullus locus est. Fuisse tamen præter quotidianam illam priuatamque, etiam aliam in vfu, solentem quandam, ac publicam confessionem, & pœnitentiam, scilicet ex Origene annotauimus. Ad quam pertinet, quæ idè fabricat Zozomenus, de eo modo pœnitendi quem scribit etiam tum obseruari in Romana ecclesia, inuentus tamen Constantinopoli, aut Orientalibus ecclesiis, non ita vsitatum fuisse, sed tantum illam secretam, tamè publicè susceptam à presbytero, sub testimonio ecclesiæ.

Qua causa Nectarius Constantinopoli antiquum illum confessionis ritum sustulerit, atque eundem reliquerit in populi arbitrio. Nihil verò aduersus nostram hanc sententiam facit, quod eadem loco, ex eiusdem Zozomeni verbis subiectum, diligenter notant aduersarij. Morem illum publicum seruatum fuisse etiam Constantinopoli, vsque ad Nectarij tempora, à quo antiquitatis ea consuetudo illic antiquata sit, eo quod nobilissima quædam mulier confessà presbytero, & accepta ab eo pœnitentiã, vt ieiunaret, de oq; sanctis operibus sumptuaret, dũ ea occasione, aut prætextu, præter morè sæpe diuoraretur in ecclesia, à diacono sollicitata, cum eodem concubuisse venisset in publicũ. Qua causã tumultuante & in sacerdotibus sauiente populo. Nectarius amoto scelerato diacono, ex quorundã consilio, etiam populũ, quod ad confessionem attinet, suã libertati, & cõsciẽtiã dimisit. Hæc inquam nihil aduersus nos faciunt: quoniam non quid per catholicam ecclesiam, sed quid in vna Constantinopolitana ecclesia quorundam consilio, an satis sano, ipsi viderint, ab vno Nectario vt occurreret furori tumultuantis populi, factum fuerit, illic explicatur. Quod tamen nec ipsi Zozomeno visum est sanum fuisse consilium.

Zozomeni iudiciũ de facto Nectarii. Quum, inquit, vt arbitror, minora peccata pro dolore confessionis, & subtilitate examinantiũ perpetrarentur. Sed nec durauit diu ea libertas, aut licentiã subsequẽtib; Nectarianis episcopis: à quibus antiqua catholicæ ecclesiæ cõsuetudo &

obseruatio, etiã illic continuo rouocata, & exacta est. Quod *Nectarii* ex *B. Ioannis Chrystostomi* (qui *Nectariũ* cõtinuo subsequens est) verbis quæ supra citauimus, luce clarius est cernere. *catum mo* Proinde quanti facienda sit iis quibus sua salus cordi est, rem cõfessionis aduersariorum de confessione nuda assertio, aduersus *Chri-* sionis anti-
stii verba, & tot sanctorum orthodoxorumque patrum, imò, quum *et* catholicæ ab initio per orbem ecclesiæ consonantem sententiam, bonis omnibus, & qui à veritate prorsus auersi nõ sunt, *Ex pra-* conuincimus ex his satis fore perspicuum.

Itaque quod dicunt aduersarij, cõfessionem quamuis *missis con-* stare, quã-
tante necessariam, retineri tamẽ à se propter absolutionem, *ti facienda* quam nobiscũ videntur admittere, vt diuino iure necessariã, *fit aduersa* hanc non excludit necessitas articulus, si ita retinerent *rioruu de* illa propter absolutionẽ, quod hæc sine illa non possit fieri, *confessione* iam hac de re inter nos conueniret. Sed ipsi hoc admitte-
ntes *nuda asser-* tionem necessitatẽ confessionis cogentur admittere, vt sine *tio, damna* qua rem necessariã, nempe absolutionẽ assequi nõ possemus. *ta orthodo-* Quomodo etiã nos, eius necessitatẽ tãtum cõstemur, hoc *xorum om-* niũ, ex consequenti, & quia sine ea necessariam remissionem *nium, ex-* peccatorum sacerdotali ministerio assequi non possumus, *torius ab-* nõ vero quòd immediate, & directe à Christo præcepta sit, *initio eccle-* Sed quoniam non ita, nec eam ob rem cõfessionẽ retinet, *siã senten-* tiam ad absolutionẽ necessariã, sed solum tanquã vtilem, *tia.*

Et ob hoc tantum vtilem, vt insti-
tutum homines melius valeant, *assistentis* est diametro. Ita enim homini docto, qui scit qui-
dem voluntatem domini sui, sed non facit, nulla erit confes-
sionis utilitas. Ita Christus nostro ipsorum, non sacerdotum
honori, in remittendis retinẽdisque peccatis nostris, nos sub-
iuculæ iudicio, & pars altera illa sacerdotalis authoritalis su-
per retinendis quoque peccatis nostris, ab ipso frustra esse
addita. Sed vt iam demonstrauius, orthodoxorum ab ini-
tuo patrum, & totius per orbem ecclesiæ sententia, hanc ad-
uersariorum damnat sententiam, cui eo minus probabilita-
tis est, quo minus villo solido argumento subnititur.

Nec est verum quod calumniantur, nostra doctrina in *Calumnie* *depulsio.*
confitentis laqueos, qua integram peccatorum confessio-
nem exigimus. Nam interitatem illam non intelligimus ab-
soluere & simpliciter, sed pro nostræ possibilitatis modulo.
Nec grauem hanc sentit cõfessionis sarcinam, quisquis pec-
catorum suorum verè pœnitet.

Restat nunc de satisfactionibus pertractare, quæ non sunt pars, sed sequelæ quædam salutariis pœnitentiæ.

Propositio De quibus proponenda prius est aduersariorum sententiæ, deinde explicanda doctrina quam de eis didicimus in catholica ecclesia, atque ita utrinque constituenda ob oculos, ut quiuis ille inter nos facile possit eertum proferte iudicium.

Aduersariorum de satisfactionibus sententia. In primis, satisfactionis nomen, ex antiquo iam dudum publicæ pœnitentiæ ritu nobis reliquum affirmant, cum nullo vestigio remanentis moris veteris, quo confitentibus certa quædam facienda præscribebantur, quas satisfactiones appellât. De his sentire, quod diuino iure, ad remissionem peccatorum necessariæ non sunt. Retinendam quippe illam de fide sententiam, quod ea consequamur remissionem peccatorum propter Christum, non propter nostra opera præcedentia, aut sequentia. Quorum nulla volunt ad placandum deum valere, de satisfactionibus, quas iisdem scriptura accommodamus nos, minimè loqui, ut non ita nuper natus. Imò, meram calumniâ esse, quod detorqueamus scripturas, quò non pertinet, Christum morte sua plenè satisfecisse pro peccatis nostris, non solum pro culpa, sed etiam pro peccato, quam illis sumus meriti, hoc est morte æterna. Iuxta illud.

Ut præter illâ contritione suâ, nullâ à pœnitentibus punitione pro peccatis exigat. Ero mors tua ô mors. Adeò verò nullam à nobis peccatorum punitionem peccatorum exigi aliam, quàm contritionem, quam diuinæ iustitiæ satis puniri in nobis volunt peccatores. Vniuersos scripturæ locos, qui à nostris adducuntur, loqui de dignis fructibus pœnitentiæ: hoc est, mortificatione corporis peccati, & piis operibus, quæ nobis à deo præcepta sunt, quæ & ipsi confitentur veram pœnitentiam necessario consequi non vero de aliquibus operibus indebitis, aut vltro allumptis, aut nobis confitentibus à sacerdote impositis. Hæc sententia est aduersariorum hac de re sententiæ. De nobis sibi temere persuadent, quod doceamus opera illa pœnitentiæ, quæ peccatoribus sub satisfactionibus titulo imponuntur, esse præcepta propter quod debeat peccatorum remissio: proinde doctri- nam nostram, doctrinam dæmoniorum appellant. Multa licet ter ne dicam impudenter, affingunt nobis alia, à nobis alienissima: multis conuitiis, parum memores Christianæ modestiæ, nos lacerant. Ad quæ conniuentes vniuersa, nostra iustitia

Quæ alia affingunt catholicis.

applicabimus atque astruemus doctrinam. Cuius ubi veritas constat, adversariæ quoque eadem euidencia constabit falsitas. Age igitur.

Duo nos habere certa præcipia, ex quib' tanquã à Christo traditò necessario tenendũ & credendũ: aliquid certo demòstrari possit, nèpe, scripturã canonicã, & ecclesiasticę traditiõnis regulam, & supra & alibi, copiosius demòstrauimus. Ex quoque in pœnitentiæ doctrina, de peccatorum satisfactiõne, quid tenere & sequi debeamus, nunc inquirendum est.

In primis non esse rem tam facilem, tam perfunctoriam, quæ ab eo qui se multis grauisimisquę sceleribus commaculauit, à deo exigitur, quo eidem remittat, non solum offensam, sed etiam omnem pœnam commertitam, quàm est aduersariorũ illam contritiõne impetrande remissioni peccatorum ple

ne inutile. Deinde & hoc intellexisse sanctos, imò fideles ab initio sæculi, peccatorũ suorum sincere pœnitentibus, & ad deum toto corde se conuertentibus, remitti quidem eadem à misericordissimo domino, & à reatu quo cõstringebatur æternæ damnationis eosdem absolutos fieri: non tamè impunitum, utam post remissionem, peccatum dimitti: sed secundum rationem eius, etiam punitionẽ illi deputari, vniuersa veteris scripturæ testatur autoritas. Testatur in primis humani generis miseria, in quam parentes illi nostri per peccatum suum incidierunt, quam æquẽ, remisso peccato, tot annis perferre debuerunt. Testatur Moyses & Aaron, qui ad aquas cõtractiõnis offendentes dominum, quod eidem, non tam fidenter quã debebant, dederunt gloriam, tametsi eius offensẽ mox remissionem obtinuerint, pœnam tamè offensæ etiam post veniam perferre debebãt. Testatur horum soror Maria, quæ retractiõnis in Moysen: etiam post remissum peccatum, septem diebus septem, pœnam perferre debuit. Pro qua Moysi deprecanti respondit dominus, Si pater eius spuisset in facie illius, nõnne debuerat salutem septem diebus rubore suffundere. Separaretur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. Testatur deus in vnuerso illo veteri populo: primũ, post peccatum constari adorati quę vituli. Cui & si pœnitenti, & licet aliquid pœnitentiam demonstranti, Moysẽ sua ora-

Explicatio doctrinæ catholicæ de satisfactiõibus.

Aduersariorũ illam contritiõne impetrande remissioni peccatorum ple ne inutile. Intellexisse ab initio fideles oēs, etiam remissum à deo peccatum, non dẽmitti impunitum.

DE POENITENTIA.

tionem impetrasset commissi remissionem & veniam, attamen
 subiūxit dominus: Ergo autē in die ultionis visitabo & hoc
 peccatum eorum. Deinde & in ea eiusdem populi increduli-
 tate & rebellione, qua detractebant post reuerfos explorato-
 res terræ promissionis, eadem ingredi. Qua cum grauissime
 offensus deus eidem minitaretur exterminium, ad eiusdem po-
 nitentiam, & Moysi instantissimam orationem, remisit eus-
 dem illi peccatum, non tamen etiam post remissionem impo-
 nitum. Dimisi, inquit, Moysi iuxta verbum tuum, vno ego
 & implebitur gloria mea vniuersa terra: attamen omnes ho-
 mines, qui viderunt faciem meam, & signa quæ feci & c. non
 videbunt terram pro qua iuravi patribus eorum.

Denique testatur & ille Dauid, misericordem equidem esse
 dominum, & quacunq; hora agnoscenti cōfidentique pec-
 catum suum, & confugientique ad eius misericordiam, non
 ipsam paratam offerre: non tamē, quamuis post veniam im-
 punitum peccatum dimittere. Itaque dixi, inquit, confitebor
 aduersum me iniustitiā meam domino, & tu remisisti impo-
 nitatem peccati mei. Nihilominus gemitibus ac lachrymā &
 vigiliis etiam post veniam, carnem suam maceravit, & affli-
 xit. Proinde, postquam corde contrito ac humili confite-
 tur peccatū suum domino, ac supplex veniā posceret, audiuit
 per Natham prophetam: Dominus quidē transtulit peccatū
 tuum, non morieris verūtamen quia blasphemare fecisti mi-
 nicos nomen domini propter verbum hoc, filius qui manus
 est tibi morietur. Ad hæc non recedet, inquit, gladius de do-
 mo tua in sempiternum. Insuper & hæc dicit dominus: Ecce
 ego suscitabo super te malū de domo tua, & tollam vno-
 res tuas in oculis tuis, & dabo eas proximo tuo & c.

Rursus idem. Cū animaduertisset se offendisse deum nu-
 merando populo, dixit ad dominum: Peccaui valde in hoc
 facto, sed precor domine vt transferas iniquitatem serui tui
 quia stulte egi nimis. Quid igitur existimas: an hic misericor-
 dia suæ oblitum dominum, vt agnoscenti cōfidentique pec-
 catum suum, & de eo poenitenti ex animo, & corde humiliter
 contrito que veniā poscenti, nō ignorauerit? Audi tamē quod
 subiungat scriptura: Venit Gad Propheta ad ipsum dicens:
 Hæc dicit dominus. Trium tibi datur optio: elige vnu quod
 malueris ex his. Aut septem annis veniet tibi fames in terra
 tua, aut tribus mēsis fugies aduersarios tuos, & illi te per-
 sicut



DE POENITENTIA.

bam enim: Quis scit, si forte donet eum mihi dominus, & uiuat infans? In pœnam peccati sui prædicta erat illi mors. Sperabat nihilominus eam ipsam pœnam, per inflictam sibi illam pœnam, se posse auertere. Quod tamen sibi non obtinuerit, quod immutabili decreto hoc ipsum à deo constitutum fuerat, obtinuit nihilominus in alio. Siquidem, cum ob peccatū numerati populi, etiam postquam eius pœnitentia ex animo, & contrito, humiliq̄ corde pro eius uenia impetranda se conuertisset ad dominum, in eiusdem punitionem daretur illi ex tribus optio, fames septennij, bellum trimense superatibus hostibus, aut pestis tridui, & hanc potius elegisset, quæ inter regem & plebem ignorat differentiam, parum afflixit seipsum, ut eius respectu deus cum vnus diei visitata contectus fuerit. Proinde, cum angelum uideret cadentem populum, ita dixit ad dominum. Ego sum qui peccavi, & ego inique egi, isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur ergo ergo manus tua contra me, & contra domum patris mei. Quia Dauidis pœnitentia mox cessauit plaga, quæ alioqui tridua constituta fuerat.

Vt clare intelligas, pœnam, aut temporariam illam punitionem, quam pro dimissis nobis peccatis deus constituit, non esse irremissibilem, sed auerti posse: si nos ipsos, ieiunio, fletu, & asperitatibus aliis afflixerimus, & iusti, fauerique iudices in nos ipsos extiterimus: si insuper misericordie in

Cōsona orthodoxorū proximos operibus, magis, sædulo, diligentius, & præter debitum institerimus.

sententia. Habuit proinde sanctorum, orthodoxorumq̄ omnium, *Alios esse* & catholicæ ecclesiæ doctrina ab initio, alios esse fructus di gnos, pœnitentiæ, qui exiguntur, & requiruntur à peccatoribus, suorum peccatorum vere pœnitentibus: alios uero *fructus di gnos*, alios fructus bonorum operum, secundum dei mandata: qui exiguntur à quibuslibet, & perpetuo. Utque vere & digne pœnitentiam. Et *uicita*, etiam licita alioqui plæraque sibi interdicens, & iniquam oēs pœnitentiam, asperitatibus ac operibus laboriosis & pœnalibus se adimplendo, suo conditori satisfacere debeat. Quod ut ueritate ab illa admodum intelligas.

uersario. Beatus ille Gregorius catholicæ ecclesiæ Episcopus (ut ab ipso incipiamus, & inde per omnes orbis cardines, omnia an Gregorius te ipsum sæcula percurramus ad initium) explicans illud Be-

pietate, facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Notandum est inquit, quod amicus sponsi non solum fructus pœnitentiæ sed dignos fructus pœnitentiæ, faciendos admonet. Aliud namque est, dignum fructum facere, aliud dignum pœnitentiæ fructum facere. Vt enim de pœnitentiæ dignis fructibus loquamur, sciendum est, quod quisquis illicita non commisit, huic iure conceditur, vt licitis vtatur sicque pietatis opera faciat, vt tamen, si noluerit ea quæ mundi sunt, non relinquat. At si quis in fornicationis culpam, vel fortassis quod grauius est, in adulterium lapsus est, tanto à se licita debet abscindere, quanto se meminit, & illicita perpetrasse. Neque enim par fructus boni operis esse debet, eius qui minus, & eius qui amplius deliquit, & cætera. Et rursus. Cogitandum sum opere vt qui se illicita meminit commississe, à quibusdam etiam licitis fruatur abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciatur, vt qui admisit prohibita, sibi met abscindere debet & cõcessa. Hæc ille Gregorius.

In eadem sententiam D. Augustinus eadem Baptistæ verba tractans. Sunt, inquit, digni fructus virtutum, qui non suffiunt pœnitentibus. Pœnitentia enim grauiores exoptulat. Et libro de vera & falsa pœnitentia, prolixè exequitur, qui licet illi fructus digni pœnitentiæ: affirmans pœnitentem à multis licitis abstinere oportere, qui per arbitrij libertatem pleraque commisit illicita.

August.

Chrysostr. Chrysostr. eadem illa verba præcursoris explicans, facit, inquit, fructus dignos pœnitentiæ. Quo autem modo digne fructificare poterimus? Si vtique peccatis aduersa faciamus. Aliena rapuisti: incipe donare iam propria. Longo tempore es fornicatus? à legitimo quoque vsu suspendere conuicti, ac perpetuam continentiam sæpius paucorum castitate cœterum meditare. Iniuria quenquam vel opere vel verbo affecisti? refer benedictionis verba: conuicti te percutientes, tuos officijs, nunc beneficijs placare contende, &c. Delitus tace ac temulentia diffuebas? ieiunio, & aquæ potu vtrumque compensa. Vidisti impudicis alienum decorem oculis? continentiam iam omnino non videas. Et hom. iiii. de pœnitentia. Pœnitentiam, inquit, exhibuit Dauid, ita dicens: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis stratum meum rigabo. Et olim patratum peccatum, post tot tempora, quasi nuper accidisset, lugebat, &c. Pœnitentem nunquam oportet

Chrysostr.

DE POENITENTIA.

peccatum obliuioni tradere, sed deum quidem rogare, ne-
ius meminerit. Si nos eius meminerimus, deus eius obliuio-
tur. A nobis ultionem sumamus, nos ipsos accusemus, ita pla-
cabit iudicem.

*Quã mul-
tũ nobis re-
stet expian-
dum etiam
post remis-
sionẽ obtẽ-
tam pecca-
torum.*

Vides quid, quantum uẽ nobis restet expiandum, etiam
post remissionem peccatorum, ex ipsius Davidis exemplo,
qui iam olim dimissum peccatum, tam longo post tempore,
tam longo & assiduo fidelium lachrymarum imbri ablu-
bat. Vides alios esse fructus dignos noua vita, alios fructus
dignos pœnitentiæ. Vides pœnitentem à multis abstinere o-
portere, quæ sunt aliis concessa & licita: & contra, multa si-
bi imperare debere, ad quæ non obligantur alij. Vides deni-
que, ut de se ipso vindictam sumere debeat, si diuinam vltio-
nem, aut in hac vita, aut post hanc vitam longe grauiore, re-
lit effugere.

Ambrosi.

In hanc sententiam eadem illa de dignis fructibus pœni-
tentiæ præcursoris uerba exponit B. Ambrosius. Proinde &
in epistola ad corruptam quandam, qua eandem ad pœnitentiam
excitat, & ueræ pœnitentiæ formam tenoremque præscribit,
inter cætera, habet hæc uerba. Tu, inquit, ipsa præcepti
facti iudex esto crudelior. In primis, omnis cura uita huius
interimenda tibi est, &c. Deinde, lugubris tibi accipienda est
uestis, & mens, & membra singula digna castigatione puni-
da. Amputentur crines, qui per vanam gloriam occasiones
luxuriæ præstiterunt. Defluant oculi lachrymas, qui maculati
non simpliciter aspexerunt. Pallefcant facies, quæ quondam
uirum impudicè. Denique totum corpus incuria maceretur
nere aspersum, & opertum cilicio perhorrescat: quia male si-
bi de pulchritudine placuit. Cor uerò sit liquefcens sicut ca-
ra, ieiunijs inquietans seipsum, & cogitationibus ventilaris,
quare sit ab inimico subuersum. Sensus etiam crucietur, quia
in membra corporis cum dominationem haberet, malo celsi
imperio, &c. Peccator ergo si sibi ipsi non pececerit, à deo
illi parçitur. Et si futuras pœnas gehennæ perpetuas, in hoc
paruo uitæ spatio compensauerit, seipsum ab æterno iudicio
liberat. Grandi plagæ, alta & proluxa medicina opus est.
Grande scelus, grandem habet necessariam satisfactionem.
Hactenus ille.

Intelligunt puto aduersarij, quàm sit huius orthodoxi san-
ctissimi que Episcopi, quemadmodum & superiorum con-
nium.

nam, de vera salutarique pœnitentia, atque eius dignis fru-
ctibus, diuersa ab eorum sententia, Quam tamen suos, nõ vt
sunt, sed vt catholicam sententiã docuit, & interim Christi
fideles omnes docere nõ cessat. Quam illi non sufficiat, ipso
rum illa contritio: hoc est, terrores conscientie qualiter cun-
que incusi, cum fide, qua reliquum vniuersum Christo com-
mittamus: vt qui pro nobis abunde dependerit: sed aliud à
nobis requirat & exigat: vtque & ipse intellexerit, etiã post
quam eũque contritionem dignam, vel vltronea in nos seue-
rent & castigatiõ pro peccati grauitate, aut certe grauior
indigna vltronea illud ipsum expiandum fore: vtq; scelus grã
de grandem satisfactionem necessariam habeat.

Hierony.

Eadem orthodoxus illi Hieronymus, vt certam catho-
licæ ecclesiæ sententiã, vbique inculcat: & vt ex multis lo-
cis eius vnum & alterum proferam. In Malachiam habet in
hæc verba. Qui peccator est, & quæ propria conscientia mor-
det, cilicio pœnitentiæ accingatur: & plãgat tam sua delicta,
quam populi: atque iterum ingrediatur ecclesiam, de qua e-
gressus fuerat: & cubet in sacco, vt præteritas delicias, per
quas deum offenderat, vitæ austeritate compenset. Nõ suffi-
cit huic (vt vides) illa aduersariorum contritio, cum eorum
dem fide, qua cetera committunt deo, & expectat à Christo
tunc opera pœnalia, vitæ austeritatem, & carnis afflictionem,
velut recompensam quandam & satisfactionem etiã pro di-
uino per veram cõtritionem peccato exigit. Effert proinde
Paulam suam sanctam mulierem, quam vere Christianeque
carulle, sensisse, & fecisse commemorat. Turpanda est facies,
quam contra dei præceptum purpurissa, cerussa, & stibio sa-
pe depinxit. Affligendum corpus, quod multis vacauit delictis.

Paula ve-
re christia-
næ senten-
tia.

Longus risus, perpeti fletu compensandus est. Mollia lintea-
mura, & serica preciosissima, asperitate cilicij cõmutada sunt.
Ego sane cum istorum vere Christianorum hominum ve-
re Christianum sensum mecum perpendo, non solum aduer-
sariorum, sed etiam nostrorum plerorumque cogor dãnare
sententiã. Qui docent quidem satisfactionem in pœnitentiã,
sed frigide de ea loquuntur: exigua, imò pene nullã exigunt:
nec hominibus districtiõnem, qualis re vera est, proponunt &
aperiunt: olei tantum lenitatem, non vini acrimoniam in fun-
dentes viceribus. Quæ dum ob hominum delicatam mollitiẽ
mutare ad viuum reformidant, (quemadmodum in ægro

torum perniciem nimis indulgentes, aut certè imperiti medici) non curant, sed periculose corrumpunt vlcera. Id quod ille
 Cyprianus etiam suo tempore à plerisque factum toties queritur. Qui si nostros mores, nostram frigiditatem, negligentiam, securitatemque; cerneret, quid non diceret? Hic ser. V. de lapsis quosdam arguens, falso errore, & pestifera quorundam doctrina persuasos, fidem redintegratam his qui lapsi, aut in fide, aut in confessione fuerant, cum cordis contritione, & reuersione, ad deum, sibi sufficere. Agite, inquit, poenitentiam plenam, dolentis & lamentantis animi probate necessitatem, nec vos commoueat, quorundam aut error improvidus, aut impudens, qui cum teneantur in tam grandi crimine, percussis sunt animi cæcitate, vt intelligant peccata nec plangant, & post pauca. Paucem sibi vltro nemine dante præsumpserunt falsa pollicitatione seducti, & apostatis, & perfidis iuramentorum pro veritate sumpserunt, communem non committentium ratam ducunt, hominibus contra deum credunt, quæ contra homines deo non credunt. Eiusmodi, inquit, homines quantum potestis, effugite: perniciosos contactibus adhaerentes, salubri cautione vitate. Nam sermo eorum sicut cancer serpit: colloquium, sicut contagium, transilit; noxia & venenata persuasio, contagione ipsa peius interficit. Illic enim poenitentia, quæ satis facit, superest. Qui autem poenitentiam criminis tollunt, satisfactionis viam claudunt, ita fit vt dum te meritate quorundam vel promittitur salus, vel creditur, ipse veræ salutis adimatur.

Notâ lector vt Cyprianus aduersarij doctrinam graphicè explicauerit, & quid de ea senserit.

Quibus verbis an aduersarij nostros graphicè, ac penè ad viuum exprimat, ipsi secum sapienter perpendant. Mihi sanè dubium nullum videtur, nec fore putovlli quisquis ventati non prorsus clausit oculos. Ad hoc velut ad notorium inconueniens, eos qui à peccatoribus & lapsis præter sanam rectamque fidem in deum, & cordis contritionem reuersionemque ad eundem, haud aliam requiri assererant poenitentia actionem, deducit, quod satisfactionis viam tollant. Hic, inquit, satisfactionis viam tollunt, atque ita fit, vt spem veræ salutis adimant. Quod cum aduersarij nostri aperta fronte faciant, docentes Christum satis dependisse pro nostris omnium peccatis, à nobis verò nihil requiri, præter suam illam informissimam contritionem, hoc est, terrores vndeunque aut qualitercunque incussos conscientiaè agnito peccato, &

fidem

idem qua credimus nos donari à Christo iustificationis gratia & salute tantum, quia hoc credimus, nec aliam pro peccatis nostris à nobis punitionem deum exigere, quàm eam quæ in eiusmodi illa contritione est, satisfactionem verò non solum tollant, sed rideant, explodant, exhibent. Ita vt eorù corruptelus dicere non dubiret se vehementer odisse, & sublatum cupere hoc vocabulum, satisfactio, quod affirmat periculosum sensum habere, quali deo quisquam possit pro vilo peccato satisfacere. Hæc, inquam, cum aduersarij aperta fronte doceant, nemo Christianus cui mens excæcata non est, & clarissime intelligit, quo loco gloriosus Christi martyr, & doctissimus Episcopus, eosdem habeat, & Christi fidelibus haberi doceat: nempe eiusmodi, quos debeamus velut præsentem contagiosamque pestem fugere, vt quorum etiam contactus pernitiosus sit, & sermo, cancri instar, depascentis mela viri alia: colloquium, contagium, imò quorum venenata persuasio ipsa contagione peius interficiat. Nunc audiant, qualem ille, & quàm diuersam Christi fideles pœnitentiam ab illis ipsorum doceat.

Vos verò, inquit, fratres, quorum timor in deum pro-
nus est, & in ruina licet animus constitutus, mali tamen sui
memor, pœnitentes ac dolentes peccata vestra perspicite,
grauissimum conscientia crimen agnoscite: ad intelligentiã
delicti vestri oculos cordis aperite, nec desperantes miseri-
cordiam dei, nec tamen iam veniam vendicantes. Quàm ma-
gna deliquimus, tam grauius desleamus. Alto vulnere, di-
gensi, & longa medicina non desit. Pœnitentia, crimine mi-
nor non sit, &c. Orare oportet impensius, & rogare, diem lu-
stru transigere: vigilijs noctes & fletibus ducere. Tempus o-
mne lacrymosis lamentationibus occupare: stratos solo ad-
barere cineri: in cilicio volutari & sordibus: post indumen-
tum Christi perditum, nullum iam velle vestitum, post dia-
boli cibum, malle ieiunium. Iustis operibus incumbere,
quibus peccata purgantur. Eleemosynis frequenter insiste-
re, quibus à morte animæ liberantur. Tandem concludens
sermonem: Qui sic, inquit, deo satisfecerit, qui pœnitentia fa-
cti sui, qui pudore delicti, plus virtutis & fidei, de ipso sui lap-
su dolore conceperit, exauditus, & adiutus à domino, quam
constristauerat nuper lætam faciet ecclesiam. Hæc ille non
minus eruditione & doctrina verè Christiana, quàm sancti-
monia

*Quam di-
uersam, ab
illa aduer-
sariorum,
pœnitentiã
docent.*

Quo respectu monia insignis, gloriosus Christi martyr & pontifex. Quis non ab similia libro de poenitentia inuenies. Breuiter omnium orthodoxorum ab initio inuenies hanc confessionis doctrinam & sententiam.

Quos tamen omnes, eiusmodi tam operosam, tam uiam ardentemque, & tam diuturnam pro grauioribus illis criminibus poenitentiam docentes & exigentes, hoc agere, & exigisse existimamus, non quod misericordiae dei moras uoluerint praescribere & tempora: quo minus etiam quacumque hora peccator ex intimo cordis vere contriti humiliterque pro peccatis ingemuerit, & ad ipsum supplex conuersus fuerit, ut neget, aut differat suam gratiam: sed quod intellexerunt diuinam nihilominus iustitiam, etiam pro remissis peccatis, secundum eorundem magnitudinem (quemadmodum paulo superius etiam ex diuinis scripturis clarissime demonstramus) punitionem exigere, quam ipsa ad nouissimum quodamtem exactura sit, nisi ipsi nos, in nosmetipsis eandem exterrimus, aut charitatis feruore, & operibus pietatis in peccatos, eius remissionem obtinuerimus.

Qua in re, ne si nostro uniuersum hoc committeretur arbitrio, torperemus desidia, & nostrae salutis negligetiores incederemus in horrendas manus diuinæ iustitiae, hoc ab initio toto orbe recipit doctrina catholicae ecclesiae, ut ecclesiarum praepositi, aut pastores, peccatoribus sua ipsis peccata contentibus, & eorundem remissionem quaerentibus, actionis poenitentiae darent, & ad grauitatem peccati satisfactionis modum praescriberent, cui humiliter ac fideliter se tenebantur submittere, & se ponere prorsus (ut Augustini uerbis hoc dicam in sacerdotis iudicio: nihil sibi reseruantes sui, sed parati eo iubente etiam cum desiderio & gaudio, omnia facere, quae pro saluanda uita corporali non grauentur facere. Simul nos admonens, & ante oculos ponens, quam sit plenum damni & periculi, eiusmodi satisfactionem procrastinare, & differre dum nos mors praecoepet, humilem illam submissionem sacerdotis iudicio, & libentem, uoluntariamque impationem satisfactionis, sibi tempus in finem uite suae constitutum, quem periculose ignorantia humana concludit: ut ad partium horarum se referret incertum. Et cum possit plenam satisfactionem indulgentiam promereri, illius temporis angustias eligat, quo uix inueniat spatium, uel confessio poenitentis, uel

Ab initio hoc habuit se doctrinae ecclesiae, ut sacerdotes contentibus, ad grauitatem peccatorum, satisfactionis modum praescriberent.

reconciliatio sacerdotis.

Deinde, quo & illam ipsam procrastinandi licentiam ab-
sunderet, & nostram negligentiam, tarditatemq; illam peri-
culosam, velut calcariis quibusdā excitaret, nec prorsus re-
stitueret in nostro arbitrio, quando liberet per sacerdotale
ministerium, peccatorū nostrorum salutifera remedia quere-
re, salubriter ordinavit sancta mater ecclesia, ut saltem semel
quotannis quilibet Christi fidelis, iā rationis compos, se sub-
ter salutari pœnitentiā, peccata sua confiteatur suo parro-
cho, & sacerdoti: & impositam sibi pœnitentiā satisfactioniq;
adionem pro viribus adimplere studeat, absolutionemq; sa-
cerdotalem obtinere mereatur.

Ex his, & quid ex diuinarum scripturarum autoritate, & Peroratio,
quod ex catholice ab initio ecclesie (quæ ex aquilaram, quas de peccato
condidit, congregatione consensu, & concordia sententia indu-
bitata est) de peccatorum satisfactiōibus tenendum sit, eui-
denter factum existimo. Aduersus quæ cum aduersarij nihil
quam nuda sua somnia, absque vlla scripturarum autoritate
nuda demonstrationis euidencia, vllō argumentorum pōdere
preferant, securi sumus de omnium bonorum in hac cōtro-
uersia iudicio. Nisi quis dubitare possit, hos ne simpliciter af-
firmantes aliquid, an illos, docentes consonam catholicæ ec-
clesiæ doctrinam, etiam diuinarum scripturarum autoritate
sua dūtilissimam, sequi sit tutius.

Non docemus, quod illi nobis falso affingunt, opera illa
peccata, quæ sub satisfactiōis titulo pœnitentibus imponū-
tur, esse precium, propter quod debeat peccatorum remis-
sio, aliud nullum eius precium, quam vnum Christū, eius
sanguinem, passionem & mortem, agnoscimus, Nec ignora-
mus eundem, quod ex ipso est, dependisse abūde pro pecca-
toribus mundi, & ea quoties remittuntur, nobis remitti gra-
tiam, eiusdem illius precij intuitu. Attamen deum non ita sim-
pliciter ea cuique remittere: sed exigere etiam in nobis, & à
nobis pleraque in primis fidem: deinde ex fide peccatorum
admissorum pœnitentiā: ad hæc, cōuersionem ex sincero
corde ad ipsum, cum obtinēdæ ab eo veniæ fiducia. Ita quo-
que, etiā postquam ea remisit, temporariam nihilominus pro
peccatorum pœnitentiā punitionem exigit. Quam tamen, humiliter ac fideliter
suscepta expletāque à sacerdotibus suis iniuncta nobis
satisfactiōe pœnitentiæ, etiam ille ignoscit misericorditer, & exi-
gua

Salutaris ecclesie cōstitutio, que quilibet tur, saltē se mel quotā nis se sub- dere saluta ri pœnitentiæ.

Peroratio, de peccato rū pœnitē- tia & satisfactiōibus secundum doctrinam catholicæ ecclesie.

Que euidenter falsa affinguntur catholicis.

otifex. Quo-
Breuiter o-
consonādo.
tam vitam
us illis em-
agere, & ene-
oras yalu-
uacique ha-
miliatq; pro-
sus fuerit, ut
llexerunt de-
peccatis, se-
odum paulo
emonstratū-
mum quādā
dem exone-
tis in pœni-
teretur an-
tiores inci-
hoc ad imo-
ecclesiarum
peccata con-
actione pœ-
actionis mo-
tenebantur
erbis hoc di-
sui, sed par-
minia facer-
ur faceret.
m sit plerum-
raffinare, &
m subiectū
que impio-
ra cōsumas,
vt ad pecc-
et plerumq;
poris angu-
io pœnitenti-
tis, vt

gua castigatione hinc ita suscepta, etiam pro magna, qui dicitur, qui exacturus esset, contentus est.

Ut sua sententia impudenter statuatur aduersus orthodoxum omnium sententia.
Nos, inquit, dicimus de satisfactionibus canonicis, et nuper natis, non loqui scripturas, que eisdem accommo-
dantur à nostris. Bene habet, ut sciamus à quibus ista dicantur.
Sed qui estis vos, quibus aduersus prædictos, quos produ-
cimus testes, debeamus credere?

Quandoquidem illæ nuper nate sunt, inquit.
Sed etiam hoc vos dicitis, sed non demonstratis, & nos
tra clarissime demonstrauimus, etiam B. Cypriani tempo-
ribus fuisse usitatas in catholica ecclesia; neque tunc nascen-
tur, sed docebatur ab orthodoxis & catholicis Episcopis, et
Christi fidelibus necessaria.

satisfactio- nes canoni- ce quaeruntur.
Nisi forte in vocabulo (canonicis) nobis moliamini in-
dicias. Nos canonicas satisfactiones intelligimus, que ad eccle-
siarum præpositis, aut sacerdotibus, quibus id cõmuni est,
imponuntur pœnitentibus, & sua peccata confitentibus, per-
rundemq; remissionem quærentibus, sacerdotali ministerio.

canones pœnitentia- les antiquis- simi et quare nunc obliterati.
In quibus imponendis, quæ certius agerent, editi fuere etiam
in ipso ecclesiæ initio, canones quidam, quos pœnitentibus
vocâr, certis quibusdã criminibus grauioribus, præscriben-
tes, & tempus, & modum, formamque peragendæ satisfactio-
nis, & pœnitentiæ. Qui post, quando in multorum cordibus
refrigit fides, & charitas, & elanguit vigor illæ disciplinæ ec-
clesiasticæ, & ne ea pœnitentiæ seueritas, molles & languidos,
nec satis magnam salutis suæ curam agentes, prorsus abster-
ret à saluari pœnitentiâ, obliterati sunt, & vniuersum hodie
sacerdotum iudicio, & arbitrio relictum est. A quibus tamen,
quod minus fit, deus nõ negligit: sed vel in hac vita immensis
flagellis, vel post hanc vitam in igne purgatorio ad nouissi-
mum quadrantem exigit.

Peroratio de tota cõ- trouersia.
Et hæcenus de pœnitentiâ, & quæ ad eam pertinent, al-
uerfariorum & nostra, quæ in catholica ecclesia hæcenus
dicimus sententiâ, mihi satis explicata videtur, de eadem
cure subituri bonorum omnium iudicium.

De numero